



Hyperaspistes Antidanaei: I. De condemnatione errorum. II. De S. Domini nostri Iesu Christi Coena. III. De Maiestate Christi hominis. : scriptus Aduersus Lambertum Danaeum

<https://hdl.handle.net/1874/427717>

Hyperaspistes An- tidanæi:

- I. *De condemnatione errorum.*
- II. *De S. Domini nostri Iesu Christi
Cœna.*
- III. *De Maiestate Christi hominis.*

SCRIPTVS

Aduersus Lambertum Danæum

A
STEPHANO GERLACHIO



T U B I N G A.

*Excudebat Georgius Gruppenbachius,
M. D. LXXXI.*

aut assidue iugulat

et cibis

Amorem tuum ducit ad
temporem regis tuus et regis
temporem regis tuus et regis

et regis et regis et regis

et regis et regis et regis



et regis et regis et regis

HYPERASPISTES

ANTIDANÆI.

I

EGI RESPONSIONEM TVAM DAB
næ, & relegi: cumque præter veteres tuas
nænias, errores, & blasphemias, nouas etiā
quasdam calumnias et criminaciones nihil
deprehenderem: labore confutandi super-
sedere cogitabam, ne sordibus tuis absterg-
gendis, tempus perdere viderer. Sudorem tamen tuum in-
felicem non prorsus contemnere debui, non tam propter
tuas in me & alios immeritos, calumnias & maledicta: sed
in primis, quia Christo Salvatori meo detrahere, veritati
vitæ facere, & tuas blasphemias cumulare pergis, Quæ
duo crimina cum maxima sint, & certissimum exitium, ni-
si poenitentia interueniat, consequens habeant: Ministro
vero verbi nulla cura antiquior esse debeat, quātū vt Do-
mini sui gloriam, & verbi diuini veritatem afferat, eoquie
salutem quoque proximi querat: officij mei esse putauit, te,
qui frater meus haberi vis, de ipsis enormibus erratis &
maleficis monere: vt si forte scintillula pudoris & consci-
entiæ adhuc in te obscura lateret, ea per me excitata, tibi il-
lorum agnitionem & penitentiam pareret. Agè igitur
responzionem tuam ordine expendamus, vt quid vitij ha-
beat, tu ipse & pīj lectores cognoscere possint. Ea autem
confirmabo, quæ de condemnatione Caluiniani dogma-
tis, de sacra Domini Cœna, & de Maiestate Christi homi-
nis in Antidanæo verissim' scripsi: ubi tamen prius com-
menta quædam, conuitia & calumnias, quas contra me in
tua ad Collegium Theologicum Tubingense responsio-
ne euocuisti, depulero.

A 2

Et

Hyperaspistes

Et initio quidem, non est ut falso tibi persuadeas, quenam virum bonum miraturum esse, quod plures te vnu petierint. Nam id in hominum more positum est, ut lupi grassantes communi, si fieri potest, studio & ope arceantur. Tale animal noxiū cum tu sis: pallio tamen Theologico indutus, yis frater pastorum haberi, de periculis eos monere, veritatem dicere, bonis omnibus placere: In primis autem antistites nostros de consilio omnium lupo rum fraternal, scilicet, hortari, vt ne pastores & vigiles (quos tu contumeliosos vocas) foueant, quo vobis impune & securè grassari liceat. An non haec æqua petitio est? An non fidele consilium? Imo res indigna & planè præpostera, luponum pastoribus lenitatis & moderationis præcepta dare velle. Sed vt lupo, si sese in amicitiam pastorum insinuare, & benevolentiam suam ipsis persuadere vellet, multis & blandis verbis, integumento quoque ouili opus esset: Ita Danaeus, quoniam malefactis suis haud ita pridem nostris innotuit, & se infestissimum nostrum hostem, & lupum rapacem esse ostendit: iam pileo Theologico tectus accurrit, & nil nisi benevolentiam, charitatem, fraternitatem, veritatem, mansuetudinem, & honorem etiam, nostris promittit. Verum videte incredibilem hominis sanctitatem: qui cum nullo verbo a nostris Theologis prius lacesitus, imo ne nominatus quidem (utpote ipsis ignotus) vñquam fuisset: indignissimis tamen contumelijs, grauissimis iniurijs, & impudentissimis calumnijs in suo Antioandro ex abundantí charitate Caluiniana eos onerauit. Postquam vero viuis coloribus a nostris, in Præfatione Antidanœo præmissa, depictus, & conuenientibus epithetis, quo studiosi veritatis eum cauere nouissent, notatus esset: alio sche mate in Scenam nunc credit, & in sua ad Collegium Theologicum

logicum responsione nil nisi charitatem, benevolentiam, mansuetudinem, præ se ferens, de conuitis & iniuris sibi factis conqueritur, quas tamen fratribus condonare, nec eis irasci velit. An non hoc est Diabolum in Angelum luscis se transformare? Nam ubi Danæus suæ bili satisfecit, & rursum quæ noluit, audiuit: faciem fratris, & hominis ad ignoscendū parati, simulat. Sed hæc simulatio minimè diu-
turna esse potuit. Quam n. i. x̄l̄w erga Collegium Theo-
logicum dissimulat, hæc in me omnem pleno ore euomit:
& quem fratrem suum appellat, minimè fraternè accipit:
vt mirum sit, hominem istum gloriari ausum fuisse, quod
fratribus iniurias condonare, ignoscere, iram vincere, & de Pag. 4.
ira victa triumphare didicerit. Nam cum me virum non
bonum esse, iniustum, maledicum, contumeliosum, sub- Pag. 6.
sannatorem, non obscurè significas, & è coetu nostrorum
vt eijsciar suades: ubi hic, false frater, ignoscentia? ubi con-
donatio iniurarum? ubi ira, de qua hypocriticè gloria-
ris, victoria? Fortasse incredibilis mansuetudo tua se ali-
quantisper continuit, donec ira aut furor suas partes in me
expleret. At scripta tua testantur, victorias & trophyæ tua
in maledicendo, calumniando, fingendo, & blasphemando
do consistere. Et quis credat te serio pacem optare, cūm lis-
tes à tuis coepcas, & per Germaniam disseminatas, augere
blasphemis tuis non cesses, & frigidam suffundere labo-
res? Quod dum facis, & tamen pag. 12, conquereris, con-
tentiones in Ecclesia Dei, Collegio Tübingeri instigato-
re, non deponi: facis quod homo maleficus, qui cūm Rei-
publicæ incommodare non desinat, & Magistratus iuste
in ipsum insurgat: pacem violari, & Magistratum dissensi-
onis & turbari classicum, incendium, & somitem esse vo-
ciferatur. Quare si quæ nostrorum in te iracundia fuit, eam

certe iustissimam fuisse, nec te vlla iniuria affectum, omnes qui tuum Antiosandrum legerunt, iudicabunt. In quo non tantum præstantissimis viris, quibus tu nullo modo conferendus sis, conuictum dedisti: sed etiam, & quidem in primis Maiestatem Christi hominis conculcasti: propter quod non tantum iracundia, sed etiam odio dignissimus sis. Et nisi filio hominis suam gloriam supplex reddideris, non tantum hominum, sed Dei quoque iram æternam portabis. Et quid est, quod tuo responso gloriam Dei, ædificationem Ecclesiæ, & dignitatem nostrorum prætendere audes? cum gloriam, quam Christus homo a Deo accepit, tu ipsi nefarie detrahere, Ecclesiam portentis tuis defruere, & nostrorum existimationem grauissimarum hex refectioni iniquissima accusatione pessimum coneris? Sed quia homo catus præuidit, suam admonitionem, apud viros constantes & bonos, nullius momenti fore: ideo non tam suum, quam omnium Orthodoxorum, piorum, eruditorum, & aliquo iudicio præditorum (suos Calvinistas elogio hoc putans: Nostros autem non Orthodoxos, non pios, non eruditos, & nullo iudicio præditos esse, stolidè significans) de Praesatione Theologorum Tübingensium iudicium promittit: cum certum sit, neminem nisi fanaticum, improbum, & peruersi iudicij hominem, iustissimas depulsiones calumniarum, criminationum, mendaciorum & blasphemiarum tuarum improbare posse. Et tuo ad fratres Tübingenses responso & Antiosandro, Danæ, hoc effecisse te scias, vt omnes viri boni te hominem minimè liberum, (quod falso de te ipse prædicas) sed seruum & mancipium vanitatis esse iudicent, vt qui nihil minus, quam verum scribere & loqui didiceris. Quod (vt ne me calumniari verè possis dicere) luce meridiana clarius in hac

Pag. 3. 4.

Pag. 5.

hac Apologia demonstrabo. Non tamen omnia responsionis tuæ ad Collegium Theologicum errata, sed quædam tantum in me proiecta mendacia, recensebo.

Et primum quidem scribis, me D. D. Osiandro ob ^{Pag. 5. & 6.} spem amplissimi præmij manifeste assentatum esse, & pro ipso seruiliter dimicare. At quamuis ipse laude dignissimus sit: nullo tamen verbo virtutes ipsius prædicauit, tum per se illustres quod essent, nec meo præconio egerent: tum quoque, vt tuas calumnias (quod tamen vt video, non potui) evitarem. Sed quid tu aliud in scriptis tuis agis, quam vt manifeste tuis assenteris, & leniter ipsos subinde demulceas, appellando eos pientissimos, optimos, doctissimos, orthodoxos, pios, eruditos, iudicio præditos: nostris autem hac omnia pro fastu & supercilio Calviniano non obscurè deroges. Deinde nullum ego præmium captaui, sed mandato eorum, quorum authoritatem detrectare mis hi nefas fuisset, obedire, & veritatis patrocinium contra te errorum patronum suscipere, nec non pro gloria Christi pugnare volui. Alterum tuum in me luculentum mendacium est, quod totum meum scriptum nihil aliud sit, quam fannæ in Deum. Quam vocem omnes boni, qui scriptum ^{Pag. 6.} meum legerunt, ab homine odij & calumniae flammis insano profectam esse agnoscent. Nec etiam ulli bono, nem dum omnibus, maledixi & conuitatus sum: (quod tertius ut tuum de me commentum est, propter quod etiam me, quem fratrem tuum appellas, pro tua charitate Calviniana ejiciendum esse censes) sed tuum (& tui similium) ingenium, mores, & facta proprijs nominibus notaui, vt omnes intelligerent, Danæo in cœtu bonorum & piorum virorum locum esse non debere, vt qui præter blasphemias in Christum hominem, calumnias & conuitia in viros b
nos,

nos, errores & sycophantias, in scriptis suis nihil habeat. Per me quidem nulla contentio, nulla lis in orthodoxa Ecclesia Dei erit: pro veritate autem contra mendacium pulsare, nunquam cessabo: nec etiam mihi tecum, in Christum Salvatorem meum blasphemare, quam diu tui similis esse perrexeris, nulla pax erit.

Cæterum viros bonos tria in meo libro requirere scribis: modestiam Christianam, sanctæ pietatis doctrinam, & accuratius in scribendo iudicium: cum nihil in eo nisi perpetua animi intemperies & penitus furor: pleraque aperta in Deum blasphemiae: ac denique magna cum meis, adeo que cum ipso Laonico discordia, manifestè appareat. Si vero aliqui sunt, qui hæc in me desiderant: illi nec boni, nec orthodoxi, nec aliquo iudicio prædicti sunt. Qui enim vir bonus & pius est, non immodestiam, multo minus furorem dicet, Pseudodoctores, Scholarum & Ecclesiarum nostrarum turbatores, & homines in Christum Salvatorem blasphemos, tales appellare, quales sunt, ut caueri & vitari a simplicioribus possint. Quæ enim præpostera hæc, & minimè Christiana modestia esset, hominem perniciem, & lupum Ecclesiae, in Christum & seruos ipsius consumellosum, leniter fricare? Qui vero orthodoxus est: sanctam doctrinam in meo libello non requiret, nec me prærasque apertas in Deum blasphemias scripsisse tecum calaminiabitur: sed facile videbit, me sinceram pietatis doctrinam contra tuos pudendos errores, & intollerandas blasphemias firmiter asseruisse. Denique, qui non planctipes & truncus, aut saltē peruerso iudicio tecum non est, ille statim absque negocio iudicabit, mihi nullam cum meis, vel ipso Laonico discordiam esse: ut viros illos tuos aut stupidos, aut certè virulentos calumniatores esse nescire.

celle sit, qui mihi discordiam cum meis imputant. Sed hoc quod scribis, tuum & tui similium de me iudicium est, quibus dolet, pellem ouilem lupo rapaci per me detrac-
tam esse. Et si tantum istorum Censorū iudicium & acus-
men est, qui sit, ut tuam intemperiem, & viros excellentes,
de Rep. Christiana bene meritos, conuiciandi immode-
stiam, falsamque doctrinam in scriptis tuis non viderint,
de que ipsis te monuerint? An forte, quod cæci palpare pos-
sent, ipsis in te pro sua charitate animaduertere noluerunt?
Sed quid est, quod Calvinistæ in nobis modestiam & sa-
nam doctrinam requirunt, quorum scriptis nihil virulens-
tius & impurius? An lupi pastores de modestia, & Hæ-
retici orthodoxos de sana doctrina monebunt?

Quæ mea ἐφορολόγησι, Antidanæus & præsens scri-
ptum loquuntur, qua me bonis omnibus, & Ecclesiæ or-
thodoxæ satisfecisse spero. Prætetera, cum in Schola nostra
sanitas doctrinæ coelestis, iustitia, & iudicium veritatis vi-
geat: tales quoque homines alantur, qui vobis phanaticis Pag. 8.
obsistant: Academia certe nostra non deploranda, sed a
vigilantia & studio bonis omnibus commendanda est. Ea
autem loca, in quibus vos viuitis, serujs gemitibus bono-
rum omnium & lachrymis deploranda sunt, quod docto-
res Christiano orbi exitiales tam diu tolerare coguntur.

Summae impotentiae animi & ποδές esse dicis, quod te
epithetis, moribus & factis tuis perquam optimè congru-
entibus, depinxi. Si vero in virtute est, te talem, qualis es nos Pag. 8.
minare, & qualem te esse demonstravi: nec tu quicquam
eorum (quod vident lectors) confutare potuisti: cuius
queso hominis signa & ποδές hæc sunt, quod viros pres-
claros, a quibus ne verbo petitus fuisti, atrocissimis contuz-
melijs, & virulentis conuicijs lacerasti? Nam D. Osius

drum vocas in tua Apologia, κακὸν κόρην Θεοῦ κακὸν αὐτῷ. Λαγχιστίους πορ: Nouam Sphinga, qui noua dogmata & Gryphos proponat: Manifestum calumniatorem, hominem vanum, præcipitem, qui primatum in Ecclesia Dei Diotrephis exemplo affectet, ἐποδιάκονος, cæcum, mirum in modum leuem & inconstantem. Ipsum & Pappum mulis confers: tribuis ei calumnias, tyrannidem, inuidentiam, nouam fraudem, nugas, mendacium, quod falsa supponat, & se non nisi mendacio tueri possit. Quæ omnia falso abs te in Osiandrum dici, euidenter probauit. Nostros Theologos accusas nefande usurpatæ tyrannidis in Ecclesia: quod multorum malorum authores sint, & multos piensissimos viros, bene de Repub. Christiana meritos, etiam

Antiosiander.
Pag. 12.

Pag. 17. preceptores suos ex sedibus suis in exilium eiecerint: (quo ipso non obscuræ tyrannidis insimulas Palatinum & Saxonem Electores Imp. & summos Principes, quorum auctoritate hæc facta sunt, & qui nullos, nisi homines perfidos, & syncerae doctrinae vastatores, iustissime eiecerunt)

Pag. 46. Sex viros, Theologos præstantissimos, qui negocio Concordiæ præfuerunt, Ecclesiasticos epulones vocas, qui ex animi sui affectibus, non ex vero charitatis aut veritatis studio agant: qui præiudicia domo iam pridem ex quadam regnandi in Ecclesiis Dei libidine concepta tueantur. Nostros, vafros & Pontificiorum æmulos dicis: Furorem, vociferationes turbulentas, & clamores tribunitios, ubique obstreperos eis tribuis. Argentinenses viros optimos & constantissimos, nouos Theologos, furiosos, perturbatores, hostes in Rempub. Argentinensem irrumptentes vocas, D. Brentium, Theologum nunquam satis laudatum,

Pag. 83. & 84. scribis ambitione ἀπλήτῳ fascinatum fuisse, ne se ipsum quidem amplius tulisse, sibi non constitisse, summa animi leui-

Antidanæi.

9

leuitate & inconstantia syngramma damnasse, fuisse delis-
rantem ac furiosum, à vera humanitate alienum, intolera-
bilem ambitionem ipsum senem transuersum egisse, vt fas-
tus nimium opulentus, nihil aliud quām primatum post
Philippi mortem in Germanicis Ecclesiis affectaret: ipsum
viuum incepisse seminare dissidia, & morientem non pu-
duisse in foelix classicum canere, quo postea ad dirissima
hæc certamina excitatæ sint Germanicæ Ecclesiæ. Hæc ne
sunt placidi & moderati Calvinistæ signa? & non potius
rabidi calumniatoris ποδες? Non dubito, quin huius
vnius Sabaudi, tot illustres, pios, & excellentes viros crimi-
nandi et calumnjandi petulantiam, omnes pīj detestentur:
& tamen hic homo de conuictijs à me sibi factis conqueri-
tur.

Sed age videamus ex epithetis, quæ ipse profers pag.
8, an vlla abs me iniuria affectus sis. Tribuo tibi in Anti-
danæo diabolicam calumniam pag. 8. diabolicam audaci-
am pag. 40. Αθβολω pag. 41. Ex quibus tu colligis, me
passim te Diabolum vocare, quo tamen vocabulo in An-
tidanæo nunquam vsus sum. Omnes verò pīj lectores ex
paginis annotatis iudicabunt, me nulla iniuria te affecisse,
sed ipsa tua facta testari, te Αθβολη, hoc est, impudentissi-
mum calumniatorem esse: qualem te etiam pag. 50. voco,
& esse ostendo. Argumenta Osiandrite Sycophanticè ob-
scurare & proponere, pag. 206. & 233. doceo. Ex quibus
tu recte infers, te sycophantam esse. Quod verò sis homo
vanus & mendax, per totum meum scriptum demonstra-
ui, suntq̄ue ex cumulo penè infinitorum mendaciorum, in
tuo Antiosandro, hæc pauca: Osiandrum certamen inter
Sturmium & Pappum iam extinctum renouasse, & pag. 3.
Pappo cedenti succenturiatorem accessisse: Sturmium

B 2

Pappo

- Pag. 9. Pappo, IURIA Academiae OMNIA violanti, se pro ratione munera opposuisse : Hanc esse nouam fraudem & Dialecticam Osiandri vel Pappi, ut dogma aliquod publica Ecclesiæ voce profligetur, ipse tamen, qui illud tuetur & fouet, pulcher, bonus, sanus intelligatur : Et hanc distinctionem à nostris probatam, et in Præfatione libri Concordia repetitam esse, ut magno astu simplicibus & pacis amantibus imponamus : Nos multos pientissimos viros, bene de Repub. Christiana meritos, & PRÆCEPTORES NOSTROS e suis sedibus in exilium pepulisse : Lutherum à Cinglio, Oecolampadio, & Heluetijs, non in re, sed verbis tantum dissensisse: Inter Recentiores deum & in rebus & in verbis ortam esse dissensionem, quæ de REBUS IPSIS NVLLA PRORSVS inter primos huius controvèrsiæ disceptatores fuerit : Vbiquitarios Sacramentalem & spirituale manductionem Christi sic inter se opponere & committere, ut vna alterius nequaquam sit obsignatio: Quod Beza excrementum Satanæ non de nostra doctrina, sed de Missæ sacrificio usurparit : Quod bonis pijsque OMNIBVS displicerit, condemnatoria à nostris in OMNEs Dei Ecclesiæ usurpata, & à NEMINE demandata potestas (hic triplex mendacium coniungit, nisi forte nostros homines pro pijs et bonis, et nostras Ecclesiæ pro Dei Ecclesiis non habeat.) Ætatem quæ secuta est Apostolos, errores de fide in Synodo legitimè congregata SEMPER damnauisse : Vuitebergensem concordiam luce meridiana clarius testari, quam propè cum Caluinistis, exceptis quibusdam voculis, Lutherus consenserit : Quod Luthe-
rus & Philippus cum Zuinglio, Oecolampadio, Bullinger & Caluino, amicitiam TOTO VITÆ TEMPORE sanctissime coluerint, et animis coniunctissimi ad extremum usque
- Pag. 15. & 17.
- Pag. 18.
- Pag. 21.
- Pag. 27.
- Pag. 36.
- Pag. 46.
- Pag. 56.
- Pag. 75.
- Pag. 81. & 82.

usque vitæ diem vixerint: D. Brentium syngramma Sue-
 ulcum (quod ipse conscriperat) summa animi leuitate &
 inconstantia damnasse. Hæc inter plurima alia pura puta Pag. 21.
 figura esse , in Antidanæo demonstravi. Sed tanta est
 hominis istius audacia , ut pleraque in suo ad fratres Tus-
 bingenses responso recoquere non erubuerit. Præterea
 collectionem tuam de præsentia substanciali carnis Chri-
 sti in Coena , non immerito Luciani Theologiam vocau:
 cum Christum omnipotentem & omniscientem in ordi-
 nem cogas , quasi alio modo in Coena adesse non possit,
 quam quem tu ipsi necessarium velut præscribis. Te ,
 quod modo negaueras, statim affirmantem, Protheo mu-
 tabiliorem dixi, pag. 74. Et nostram doctrinam de Maie-
 state hominis Christi, te monstruosam Vbiq'uitatem, et hor-
 ribile totique Christiano orbi funestum monstrum vocan-
 tem, monstrorum & vesanum vocau. Doctrinam autem
 vestram sacrilegam dixi: quod Christum hominem e Coe-
 na & cœtu piorum suffuretur , nosque maxima consola-
 tione spoliet. Hypocritæ nomen mereris, quia Episcopi si-
 ue Superintendentis nomen, à Paulo usurpatum, tanquam
 superbū & arrogans in Ecclesia Dei, reprehendis. Ver-
 tumnus & leuis recte diceris, pag. 137. cum quod prius
 negaueras, postea affirmes. Te quoque nostros furoris &
 crudelitatis in diuersæ Religionis homines accusantem,
 ex tuo & tuorum , qui spiritu mendaci & sanguinario agi-
 tentur, ingenio ipsos iudicare scripsi. Rabulae præterea &
 veteratoris nomen tibi conuenire , vt cui criminari , ca-
 lumniari , fingere , recte dicta peruertere , piaculum non est ,
 operose demonstravi. Denique nullus vir bonus est, qui
 non sentiat, te furijs infernalibus actum fuisse, cum tot tan-
 que conuicta in clarissimum Theologum D. Brentium

Anno 1590.
Pag. 83.

Pag. 13.

per summam iniuriam & contumeliam euomeres. Iudicium
um nunc æquo lectori permitto, an vlla iniuria Danæum
affecerim, elogijs his ipsum insigniendo: vel, an non ipse
suis factis præconium hoc meruerit. Quid? quod ipse, in
his epithetis suis recensendis, se hominem vanum esse os-
tendit. Ea enim interposuit, quibus ego in ipsum nusquam
quam usus sum: forte ut ipse compleret, quod mihi in illo
depingendo defuit: vel potius, ut cumulo conuictiorum
(quæ vocat) odium lectoris mihi conflaret. Vbi enim cyclo-
pœ, vbi maleficum te vocauit? Opinionem hanc quo rundam:
(quam utrum tu quoque propugnes, ignoror)
publicæ tranquillitatis causa, non esse damianos errores verbo
Dei repugnantes: cyclopium siue Epicuræum dogma, non
te cyclopem vel Epicuræum nominaui. Et eos, qui preter
tuos gregales, Ecclesiæ Germaniæ falsâ doctrinâ distra-
xerant, maleficos dixi, pag. 27. His iterum duplex nugâ
mentum paucis verbis coniungis: unum, me omnes Ecclesias
vestras anathemate ferire: quod pagina 19. quam
ipse assignas, & aliæ plurimæ, falsissimum esse docent. Al-
terum, quod vestræ Ecclesiæ per vniuersum terrarum or-
bem sparsæ sint: cum sola Europa, nec ea tota, magno suo
malo vestra portenta nouerit: ignota planè Asiae, Aphri-
cæ & Græciæ, in quibus infinitæ Ecclesiæ Christianæ sunt.
Doctores vestros, & in his Antesignanos, sectarios voco
& turbulentos, quibus nihil minus, quam salutaris Eccle-
siæ tranquillitas curæ sit: quia se etiam Carolstadij & Cins-
glij sequuntur, qui primi orthodoxis Germaniæ Ecclesiæ
turbas dederunt, quas vos adhuc hodie fouetis & augetis,
nostrisque Ecclesiæ & Scholis concordiam & pacem eris-
pere studetis. In negocio Coenæ, quod ad eius substantiam
attinet (de qua nobis lis est) vos vna cum Anabaptistis,
Suuenecks,

Suuenckfeldianis, Turcis, Iudæis, & gentilibus nihil credere scripsi. Nam omnes hi Christi clarissimis verbis, hoc est CORPVS MEV M, non credunt: sed vel ea reisciunt & tident: vel prorsus alienum sensum (quod vos Anaë baptistæ, & Suuenckfeldiani facitis) ipsis affingunt. Ex his commemoratis orthodoxa Ecclesia & Christiana posteritas iudicare poterit, adumbrationem hanc Caluiniistarum non impotentis, sed veracis hominis testimonium esse. Et in hac ipsa descriptione axioma tuum imitandum mihi esse duxi, quo ad excusandum conuictia tuorum in pios & orthodoxos vitos (quos, quia verbis Christi planissimis, hoc est CORPVS MEV M, & non figmento vestro fidem habent, sarcophagos, hæmopotas, cyclopas, &c. appellatis) in Antiosiandro pag. 36. vslus es. Est autem tale: Quò quæ piam hæresis aduersus sanctissimam doctrinam Christi grauior est & tetricior, eò grauiori quoque vocabulo est de-notanda. Sic Patres sui temporis errores vocant passim aspydis semen, lepram, scorpionem, draconem, erucam, zizania, venenum: quibus horrorem prijs incutiant, ab ea que abstineant. Hanc regulam tuam fecutus, vos proprijs vocabulis denotaui, ut omnes prijs à vestra doctrina abstinerent.

Cæterum videamus, quas meas sententias manifestarum in Deum blasphemiarum nomine traducas. Qualis, inquis, obsecro est hæc Gerlachij sententia blasphema, quam vos commendatis? Christus corpore & sanguine suo tam potens est ad iudicium exercendum in indignos, quam vitam in fidèles. Sed audi Christum ipsum a nota blasphemiae me absoluente, & cap. Ioan. 5. pro me respondentem: Patrem dedisse filio habere vitam in semetipso, ut quos vult vivificet: Et potestatem dedisse eidem iudicandi quoque, quia fuius

ius hominis est. Ex hac potestate à Patre accepta, Christus iuxta humanitatem suam, tam potens est ad iudicium exercendum, hoc est, puniendum impios, quām ad vitam operandum in fidelibus. Quod verò mea verba calumniaris, quasi hoc, quod dicam, nihil aliud sit, quam carnem Christi per se, tam mortiferam quām viuificam constitueret: Audi Chrysostomum ad tuam calumniam respondensem in Hom. de prodītione Iudæ: Sicut corporalis cibus, cum ventrem inuenierit aduersis humoribus occupatum, amplius laedit, magis nocet, & nullum præstat auxilium: ita & ipse SPIRITUALIS CIBVS, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum PERDET, NON SVANATVRA, sed ACCIPIENTIS VICIO. Verum inquis: Filius Dei hac doctrina fieri iniuriam? Quæ hæc noua & inaudita Mathæologia est, iniuriam dicere, quod Scriptura gloriæ singularis nomine prædicat? Et quid magis viuificum, quām ipsa essentialis vita, Deus: quem tamen Scriptura ignem consumentem, perdentem, mortificantem, & similia vocat. An igitur his vocibus Deo iniuriam fieri desipies? Non idem sentiunt, Danæe, viri orthodoxi. Nam Filio hominis hac mea sententia iustitiae laus tribuitur, quod tam iudicet impios, quām saluet credentes. Secundum blasphemiam non agnosco, sed calumniam tuam lego: Fidem non esse necessarium instrumentum ad nostram cum Christo communionem (spiritualem videlicet) & con corporationem. Nam in pag. 62. quām annotas, verbis disertis affirmo, fidem esse medium, quo Christo spiritualiter incorporeretur & vniatur. An non igitur sycophanta deprehenderis, quod blasphemiam, quæ nusquam extat, imputare mihi audes? Tertia sententia nec blasphema est, nec se ipsam, quod putas, euertit: Corpus videlicet, & sanguinem Christi,

Si iuxta veritatis verba : Accipite, comedite : hoc est corpus meum, &c. ab indignis in Cœna sumi posse, ut tamen cum Christo non corporentur. Quod cum ex Scriptura & Patribus probârim, tu nihil eorum confutare potuisti. In quarta sententia arrodenda, te omnes sani clamore tuo insanire iudicabunt. Quid enim hæc verba abominabilis (ut vocas) blasphemiae habent? *Sacrificia V. T.* nihil aliud fuisse, quam nudas picturas & figuræ absentis carnis & sanguinis Christi immolandi, quæ licet de rebus spiritualibus admonerent, rem tamen ipsam, quam significabant, non exhibuisse, sed adumbrasse tantum. An non hic Paulum blasphemie accusas, qui idem ad Hebr. 10. nos docet, scribens: *Lex V M B R A M* habens futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, his hostijs, quæs continenter singulis annis easdem offerunt, nunquam potest accedentes perfectos reddere. Quid? quod te ipsum imprudens euertis? Scribis enim in Antiochandro pag. 93. *Sacrificia V.T.* fuisse carnis Christi immolandæ (quæ tum temporis in rerum natura non fuit) Sacramenta, hoc est, secundum tuam interpretationem, signa. Quomodo ergo non nisi picturæ & figuræ absentis carnis & sanguinis Christifuerunt? Agnoscis, opinor, te nulla iniuria a me affectum, nisi forte minus illustres colores in te depingendo adhibuerim. Nam ipse in singulis pagellis me multò luculentius doces, quam sis homovanus.

Sed cuius tu criminis, blasphemiae nimirum, me falso accusas, huius ego te verbis tuis conuincam. Hæ enim gemmæ turæ sunt, ex officina Sathanæ depromptæ: Christum iuxta humanitatem assumptam omnipotentem non esse, ne ipsam omnipotentiam in villa creatura esse constis. *Antioch. Pag. 97.* tuamus. Hoc autem quid aliud est, quam filium hominis

non accepisse omnem & æternam potestatem? Non enim plenitudinem Deitatis λόγος in Christo hominē habere corporaliter? Eiusdem valoris gemma hæc est: Tam tam esse Christi hominis maiestatem, quanta ipsi necessaria est, & quæ in creaturam cadere potest, hoc est, finitam tantum. Item: Personam Christi etiam ante humanam na-

Pag. 93. &c 101.

In Exam. contra
D. Chemist.
Pag. 84.

turam fuisse, & hanc nullum momentum, nullam rationem & causam habere, cur Christus sit, seu ut persona subsistat. An non hoc est mysterium incarnationis, quod omnem rationem excedit, & in quo summa sapientia, potentia, & misericordia Dei elucet, conspuere & conculcare? Si enim, quod de persona Christi (non dico Filij Dei) blasphemias, verum est: eur necesse fuit λόγος incarnari. Si milis est & hæc gnome: Carnem Christi ad efficiendam miracula non plus contulisse, quam carnem Apostolorum, aut virginem Mosis. Item: Carnem (sive humanitatem) Christi nequaquam concurrere ad Regnorum administrationem, Regum deiectionem, miraculorum, que nunc sunt, effectiōnem. Item: Maledictum esse, verum idolatriam esse, damnatum esse, in Deum blasphemum esse, Nestorianum esse, qui Christum, quam homo est, adorat vel invocat. Hæc non tantum hominibus, sed ipsi quoque Diabolo horrendæ & abominabiles blasphemiae sunt, ut qui Christo homini suo modo genu flectere, & ad vocem et nutum ipsius contremiscere cogitur. An igitur Christianus orbis excrementa hæc feret, que nobis impurus Danæus ex Arij & Mahometis cloaca in Ecclesiâ Dei deponit? An non illum ad stabulum Neuseri propediem secessus rum esse putatis? Sed tu Danæus, quos gemitus putas non tantum a pijs hominibus, sed etiam ab ipsis beatis Angelis emissos, cum istas blasphemias in Christum hominem (in cuius

In Exam. Pag.
113.

Ibid. 281.

Ibid. 417. & 418.

cuius nomine, tanquam Domini vniuersorum, omne gen
nu celestium, terrestrium & inferorum, præterquam Calo
vinistarum se flectit) eructatas esse cognoscerent?

Hactenus Danæus me verum de se scriptissime ipso fas
cio probauit. Iam illud quoque amplius confirmat, & mas
gnam congeriem calumniarum cumulans, seipsum gra
phice depingit, quantus sit veterator. Promittit enim pag.
10. *ἀληθύεις*, quibus me ipsum refutârim, Collegium
Theologicum sefellerim, & in quibus cum alijs nostris, &
ipso Laonico non consentiam. Sed miser homo profert
ea, in quibus non tantum se cauillari, sed etiam suo more
mentiri & calumniari, clarissime testatur. Inquit enim:
*Hic negat personas à vobis damnari: Laonicus vero è cuncta id à
vobis fieri facetur: & assignat pag. 18. Antidanæi, quæ ipsa*
cum aliquot sequentibus manifestæ vanitatis eum con
uincit. Nam vterque pluribus in locis testatur: non tan
tum falsa dogmata, sed etiam illorum authores & pertinac
ces propugnatores damnari, non autem infirmos, propter
causas ab utroque allatas. *Hic (ait) Vbiuitat: in alibi non*
*dissimilat se tueri: Laonicus remouet eam à se, ut monstrum infer
nale. Ego veram & realem maiestatem & Omnipræsentiz*
am Christi hominis vbiique defendo & propugno, quod
etiam Laonicus facit, præsertim pag. 71. & 72. Spongæ
suae. Vestram vero stultam & phantasticam Vbiuitatem,
quam nobis diabolice affingitis, vterque reiçit. *Hic*
(inquit) Torgensem vestram Synodum damnat, quæ, videlicet,
anno 74. habita est, cui etiam pientissimi, scilicet, lupi tui,
veste ouiliæ tecti, inter bonos pastores subscripterunt: *At*
*formula Concordiae vestrae eam retinet & probat, & in primis Clem
entius: quæ nimirum anno 76. celebrata est, in qua libri*
Concordiae initium factum est. Vides Danæe, ut te deris

Spong. Pag. 10.
Antidan. Pag. 18.
21. & sequent.

dendum præbeas? *Hic* (ais) *Synodus Constantiensem reicit:*
Laonicus probat. At non simpliciter, sed quatenus Berengarij errorem damnauit, à Laonico probatur. Hanc autem exprobationem malitiosè addidit Danæus, vt vanitatum suarum cumulum augeret, non vt milii contradiceret. *Hie* (scribit) concedit totam seu vniuersam Christianam Ecclesiam ef-
 se vnam: *Laonicus negat, & eam diuersis Religionibus, ut territo-*
rijs separatum esse posse, contendit. Quid vero in his meis ver-
 bis reprehendit? Sin vera illa esse agnoscis, cur abste odio-
 se & maligne proferuntur? Sed hīc, Danæe, splendide
 nugaris, aut potius calumniaris. Nam scribit Laonicus
 pag. 10. alium Magistratum Germanis Principibus esse,
 cui rationem reddere possint & velint de factis suis, hoc
 est, de electione Calvinistarum turbulentorum. Non au-
 tem negat, vnam esse veram Christianam Ecclesiam, cu-
 ius una fides & una religio esse debeat. *Hic*, inquis, credit
Christum secundum veranque naturam suam, etiam modo locali &
Physico adesse nunc quoque sua Ecclesiae: reliqui vestri socij perci-
naciter id ipsum negant. In hac sexta antilogia proferenda, du-
 bito, an Danæus prætate cæcutiat: an vero, quod magis
 credo, pater mendacijs sensus ipsius odio & liuore ita exce-
 cauerit, vt apertis oculis non videat. Verba enim quæ pu-
 tat Danæus, pag. 58. Antidan. sic habent: Nos totum Chris-
 tum secundum vtranq; naturā Ecclesiæ suæ adesse, NON
 MODO LOCALI ET PHYSICO, sed supernaturali &
 diuino, quo sedet ad dextram Dei, &c. indubitanter credi-
 mus. Hæc sunt Christiane lector ἀνθεγέιω istæ, in quibus
 me, iuxta istius hominis opinionem, ridiculum præbeo,
 me ipsum refuto, meos fallo, meisque contradico. An non
 hinc omnes viri boni & intelligentes iudicabunt, Danæo-
 um mendacis spiritus mancipium esse, qui ipsum ad arbis-
 trium

trium suorum agat; ut nil nisi mendacia, calumnias & errores exhalare possit? Et hasce calumnias ingenti hyperbole claudit, scribens: *Denique dies ipse me deficeret, si omnes homines Gerlachij antilogias colligere, & vobis recensere velim.* At miser ne vnam quidem proferre potuit. Et pro sua singulari charitate fraterna in me addit: *Itaque estote fortii animo viri, & cum qui à vobis vltro in dogmate secesserit (à me de ista eius sacrificie mortui) condemnate.* Quæ vero hæc mea vafricies, Danæe, & quod nam istud dogma, in quo secessionem à meis feci? Cur non demonstras? Nam quæ protulisti, pura pura commenta esse ostendi.

Sed ego vicissim tuis verbis demonstrabo, te tibi ipsi & tuis turpissimè contradicere. Nam Cinglius, Oecolampadius, Martyr, & alij tui gregales MANDUCARE ET CREDERE idem esse dicunt, vt postea probabitur: hoc autem tu negas. Deinde Caluinus in i. ad Cor. ii. scribit: Non ideo tantum signo imponi nomen rei signatae, quoniam sit figura: sed magis, quia SYMBOLVM sit, QVORES EXHIBETVR. Si vero symbolo RES exhibetur, symbolo vt adsit, necesse est. Hoc autem Danæus negat, & dicit: Corpus & sanguinem Christi non quidem à Cœna ipsa, sed à signis tam distare, quam coelum à terra, pag. 33. Antios. Et quia Res à signo distat, eo exhiberi non posset. Tertio, sibi ipsi frequenter contradicit. Nam pag. 33. Antios. inquit: Corpus & sanguinem Christi à signis abesse: & statim sequenti, nec non pag. 88. ait: Fatemur carnem Christi cum signis in sacra Cœna adesse, sed ἐν γυναικὶς non ὥρμαλη τέσσοις. In Antios. pag. 37. carnem Christi à nobis vere adorandam esse dicit, quia sit caro vñigeniti: nunc carnem Christi, etiam in ipsa vñione manentem, adorandam esse negat. Symbola Cœna dicit non nuda esse

Antios. 92. esse signa, sed ver'e testificantia atque ~~B X H I B I T I V A~~ ipsius rei, quam designant. Designant autem verum & essentiale corpus & sanguinem Christi: quæ nobis in Coena exhibet.

Antios. Pag. 28. si negat, & tantum eorum virtutem, spiritum & efficacitatem adesse contendit. In *Antios. pag. 101.* scribit, Christum hominem non tantum ea scire & posse, quæ ad Iudicis officiū pertinent: sed in uniuersum, quicquid ad totius mundi gubernationem pertinet, illud de omnibus creaturis illum scire, in omnes illud posse, de omnibus & singulis illud ordinare. In *Examine autem pag. 281.* blasphemat: *Nos dicimus, nequam concurrere carnem Christi, etiam glorificatam, ad regnum administrationem, & Regum deiectionem:* quæ tamen ad totius mundi gubernationem pertinent. *Hoc, Danæe, sunt veræ contradictiones (prætermitto iam eas, quas in Examine tuo effudiisti) quæ ostendunt, mendacij viam multiplicem, & sibi etiam contradicentem esse.* Cons.

Pag. 11. quereris denique de meis moribus, quod tibi, opinor, vetitatem locutus, paruum honorem habuerim. Verum per gratiam Dei noui, qua mihi modestia erga viros constantes, veraces, & sinceros utendum sit. Cum autem in scriptis tuis nihil candoris, nihil sinceritatis, sed proiectum calumniandi & fingendi studium appareat: non potuinon ligonem, ligonem vocare. Ut enim malum bonum, tenebras lucem, amarum dulce appellem, Scriptura Prophetica vetat. Qu'nam igitur iusta tuorum, scilicet, piorum de me querimonia sit, omnes vident. Patet etiam, qu'nam illi boni viri nullam eorum criminum, quorum per te me inique accusarunt, fidem facere potuerint. Nullæ enim, ne appetentes quidem blasphemie & antilogiae, ne dum apertæ in libro meo insunt, vt omnes eruditæ iudicabunt. Quod autem modestiam in me desiderant, ridendos se prebent, dum

Esa. 5. lupis

Iupis Ecclesiam Dei vastari conantibus, blandiendum esse opinantur.

Venio nunc ad responcionem tuam, aduersus Antidanæum, in te verissimè scriptum, institutam: in qua initio statim modestiam promittis: sed hanc promissionem ipsi facto contrariam esse, haud diu dissimulare potes. Nam statim in sequente periodo, pro tua modestia, me plagiā ^{Pag. 98.} mendaciter insimulas: quasi Laonicus vel sua mihi dictātū, vel ego ex ipso mea transtulerim. Qui vero vtiusque scriptum diligenter contulerit, facile vanitatem tuam deprehendet. Et vere affirmare possim, me Spongiam Lao-nici non prius legisse, quām vtiusque nostrū responsio-nis exemplaria Francofordiam portarentur. Altera tua in eadem pag. modestia, vel potius veritas Caluiniana est, quod in vtiusq; scripto plurima mendacia contineri men-daciter scribis. Nam penes lectorem iudicium esto, an tu me ullius mendaciū, ut ego te plurimorum, vere conuices-tis. Nec vlia inter nos duos conspiratio facta est, nulla plas-nie communicatio. Nam ego res meas ago, & si quid est, cum preceptoribus meis, Doctoribus Theologis, commu-nico. Cumque nulla inter nos communicatio intercesserit (cuius rei Deum testem facio) & tamen, etiam tuo testi-monio, consentiamus: vides nos ipso facto comprobasse id, quod ibidem scribis: *Veritatis viam semper simplicem, sibi-que consentientem esse.* Et quod præmittis: *Mendaciorum viam ut plurimum variam, & à seipso dissentientem esse:* hoc tu re ipsa confirmas, ut qui non solum ab alijs, sed etiam à te ipso dis-sentias. Suprà commentus es, magnam mihi esse cum La-^{Pag. 7. & 10.} onico discordiam: & etiam contradictiones quasdam, qui bus id probes, afferre tibi visus es: præsertim quod ego V- biquitatem tuear, quam Laonicus a se, ut monstrum infers-nale,

nale, refoueat. Nunc dicis: Nos paria dogmatis nostri propugnati (Vbiuitatem insinuans) præmia sperantes, hactenus inter nos consensisse. Quomodo his tu ipse tecum consentis, Danae? an non te ipsum refutas? Nec quod putas villas in te criminationes falsas cōfinximus, sed te plurimorum mendaciorum & calumniarum conuicimus, quod & hoc ipso scripto patebit: ut ridiculum, immo indignum hoc facinus sit, quod causam tuam pessimam, cum Christi, Pauli & Prophetæ Esaïæ, nostram autem cum falsorum testimoniis causa, componere audes. Quæ enim blasphemii hominis & Pseudodoctoris, cum fidelissimis doctribus, & ipso quoque principe pastorum similitudo? Nec tu sine causa vtriusque nostrum scripti famam percussus fuisti. Conscientia enim tua dictauit tibi, difficile & durum tibi fore cum veritate certamen. Sed ipse te collegisti, vbi figmentis & calumnias te nobis longe superiorem esse posse, sperasti. Veritatem enim ab utroque defensam subuertere, impossibile tibi fuit. Sed iterum Danaeus promissi sui immemor, aliud modestiæ Calvinianæ specimen exhibet, & pro fastu suo (quo nos velut stupidos contemnit, suos autem doctissimos ubique prædicat) Laonicum asino, me autem boui confert. Ego pro mea parte, ob id tibi minime succenso. Nam in veteri cantilena bos & asinus Christum Dominum suum agnouisse dicuntur: tu vero non tantum stupidior asino es, qui Christum Dominum tuum reuera ignoras: sed etiam quavis bestia truculentior, quod Filium hominis, qui factus est Dominus omnium creaturarum, & potestatem accepit in celo & in terra, ab admis-
Exam. Pag. 417. nistratione regnum remoues, & ex eo conseruum facis: Naturas in Christo discerpis, realem communionem eas-
rum negas, & maiestatem ipsius blasphemas. Ostendam autem

autem hoc scripto , te bouem Cyprium esse , id est , vt ille
humanis , ita te Diaboli excrementis , hoc est , mendacijs,
calumnijs, erroribus & blasphemijjs pasci . Laonicus , vt spe-
ro , qua est singulari industria & doctrina , pro se responde-
bit : cuius scripta testantur , ipsum minimè ἀπαίδελτον (quod
arguis) esse .

Mentione moræ apud Constantinopolitanos , quid Pag. 100.
velis , coniçio . At eius me minimè pudet . Non enim Bar-
baris , sed virtute , doctrina , vsu , & experientia rerum , no-
bilissimis viris conuersatus sum . Et quid scriptum meum
redoleat , docti iudicabunt . Hoc scio , me odore verbi Dei ,
& sapore antiquitatis , ita tibi sensus & mentem hebetasse ,
vt tu in responso tuo non solum ἀναδητός , sed etiam
ἀνθρώπος videaris . Et quidem mihi non fuisse difficile , mul-
to minus ἀδύτον (vt putas) calumnias , errores & bla-
phemias tuas (quæ tu veritatem Dei appellare audes) con-
futare , & veritatem doctrinæ cœlestis contra eos defende-
re . Antidanæus loquitur : in quo propterea tua quoq; ver-Pag. 100.
ba , eaque prop' singula posui , vt etiam tuos vanitatis tua ,
quam monstravi , pudere inciperet . Et in eo nihil à me tes-
mer' factum , nec etiam Osiandrum anteuertere studui :
sed cùm ipsi grauiora incumberent , mandato eorum , qui
prouinciam hanc respondendi mihi demandauerant , mo-
rem gerere debui . Et h̄c tu iterum antiquum obtinens , in
vna periodo , tot prop' vanitates , quot verba eructas . Vbi
enim ego & Laonicus Osiandrum temeritatis damnaui-
mus ? Et non potius calumniam hanc tuam ab ipso depu-
limus ? Aut quæ Osiandro necessitas erat , vt Pappi vo-
luntatem de non respondendo prius exploraret , aut ipsius
mandatum expectaret : siquidem Osiandri institutum
non erat , pro Pappo , sed pro communi causa Ecclesiarum

nostrarum scribere: et loquitur res ipsa, Antisturmium doctrinæ nostræ & causæ communis, non autem Pappi Apologiam esse. Vos autem homines temerarios esse oportet, quos publico Electorum, Principum et Ordinum Imperio, negocio, non vocatos oppedere non puduit. Eiusdem impudentiae est, quod negare audes, te pro Sturmio respondisse. An non tria capita disputationis Sturmij, cum argumentis & causis, quibus ipse aduersus condemnationem Pappi usus erat, & quidem isto tempore, quo Sturmius taccebat, defendere suscepisti? Et licet libri tui titulus Sturmij Apologiam non promittat: non tamen non tantum capita disputationis Sturmianæ, sed etiam contra, quām professus eras, & hic falso repetis, Sturmium contra Papum defendere conatus es, & concertationem Argentinensem non ita paucis attigisti. Quid enim illud, quod scribis pag. 9. & 10. Antios. Sturmium necessarijs causis adductum, Pappo iura omnia Academiæ violanti, se pro ratione muneric, utpote Rectorem, opposuisse? Neque etiam aduersarij insolentiam passam esse, illum placide hanc causam agere, sed in publicum theatrum & certamen insitum pertraxisse? Et addis: Peccauit ne ergo Sturmius, quia veritatem doctrinæ Christi defendit, pacem Ecclesiæ rum conseruavit, & muneric sibi à Rep. iam pridem demandati dignitatem retinuit, Argentinensisque Scholarum iura ac tranquillitatem, forti constantique animo ipse vir senex, contra nouorum Theologorum, tanquam adolescentium Oratorum, furorem tutatus est: Hoc ne est, quicquid ad Sturmium & Pappum, eamque concertationem Argentinensem pertinet, OMNINO intermittere? An non te verba tua vanitatis coarguant?

Gloriatuſ es ſupra, te iniurias tibi factas condonare à
Christo

Christo didicisse. Quod si vere (ut minime) de te ipso scribis: quomodo longe dissimile ipso facto testaris. & virum præstantem, qui tuam personam nullo verbo lacestiuit, viz rulento conuictio proscindis, & non $\nu\delta\gamma\alpha\pi\theta$ non $\omega\mu\pi$ sine causa appellas? Sed inquis, Res ipsa sic habet. Nam filius hanc similem paterna hæresin recinet, ut affueret, humanitatem à $\lambda\circ\gamma\varphi$ assumptam, esse ipsius essentialis deitatis $\lambda\circ\gamma\varphi$ potentia participem, eiusque totam plenitudinem in ipsam carnem Christi aut effusam esse, ut loquitur Iacobus Andreas: vel communicatam, ut interpolauit Clemens. Quibus verbis conuictum tuum blasphemia & vanitate stabilire conaris. Nam affuerationem hanc: Humanitatem à $\lambda\circ\gamma\varphi$ assumptam essentialis deitatis $\lambda\circ\gamma\varphi$ potentia participem esse, & totam plenitudinem eius carni Christi communicatam esse: hæresin dicere, est orthodoxos Patres hæreses damnare, & Maiestati filij hominis conuictum dare. Scribit enim Gregorius Nissenus de Anima: Deus $\lambda\circ\gamma\varphi$ à communione illa, quæ sibi est ad corpus & animam, numquam alteratur, neque participes eorum imperfectionis: sed TRADENS eis (corpori & animæ) DIVINITATIS SVÆ VIRTUTEM, manet idem quod erat & ante uniuersum. Diuinitatis autem virtus, quæ humanitati Christi tradita perhibetur, nihil aliud, quam essentialis Deitatis $\lambda\circ\gamma\varphi$ potentia est. Et Basilius in sanctam Natuitatem: Humana Domini caro ipsa PARTICIPS facta est DEITATIS. Et secundum Apostolum veritatis: Omnis plenitudo Deitatis in Christo corporaliter habitat. Quæ verba orthodoxi Patres non de persona Christi, ut tu fallaciter, sed de carne Christi exponunt. Theodoretus in cap. de Antichristo: Verbum incarnatum non particularem gratiam contulit assumptæ naturæ, sed totam plenitudinem Deitatis complacuit in ipsa (natura assumpta) habitare. Quod cum tu ne-

ges, te corui infernalis pullum esse testatum facis. Vanitas
 vero tua duplex est: & quod clarissimo viro, Domino Iacobo Andreæ, per summam iniuriam hic & alibi effusio-
 nem Deitatis in carnem Christi, tanquam in aliud subie-
 etum, ascribis: & quod D. D. Chemnitius communica-
 tionem idiomaturi interpolari. Nam hæc orthodoxæ an-
 tiquitatis ex Scriptura desumpta (vt infra docebitur) do-
 ctrina est. Idem conuictum calumniâ confirmas: Quod, vt
 pater Osiander, ita filius Philippo Germanæ lumini, ma-
 ledixerit: & assignas Antisturmij pag. 20. in qua nullum
 maledictum, sed pium votum Osiandri lego, quo optat,
 vt rectius crediderit Philippus, quām scripta & facta ipsius
 us posteriora testantur. Tertia conuictū tui ratio est, quod
 patrem sequatur sua proles: & Osiandrum seniorem ma-
 lum fuisse, Philippi testimonio ostendere conaris. Sed ec-
 ce, te ipsum redarguis, & profers Epistolam, in qua Cal-
 uinus de Philippo queritur, quod Osiandrum in Praefati-
 one quadam plus quām liberaliter laudauerit. Hoccine
 est Philippi testimonio docere, Osiandrum fuisse impurū:
 Quid autem Caluinus in Osiandrum confinxerit, non
 moror. Nam ipse homo præfractus, multis in Germania
 bonis & doctis viris maledixit. Si vero Osiander idcirco
 malus est, quia quæstionem de essentiali Dei iustitia mo-
 uit, nec Philippum semper laudauit: næ tu omnium pessi-
 mus habeberis, qui grauissimos errores propugnas, & non
 tantum te multo melioribus, sed etiam Christo filio homi-
 nis detrahendo maledicis. Et si filius Patris errorem publis-
 cè damnauit, nec tantum inculpatae, sed etiam laudatae vis-
 tæ est: quomodo tu non virulentus calumniator depre-
 hinderis, quod Osiandrum κακὸς κόρηνος κακὸν ὡρὴ nuncus
 pare audes?

Sed

Sed quām ridiculum istud cauillum, quāsi sine iudic^{Pag. 102.}
 etio tuum hoc: *Mauo muliscabunt*: retorserim, cūm mortu^s
 os vīdēlicet laudaueris. At non tantū tibi mortuos, sed
 etiam viuos commēmorauⁱ: & cūm tu Osiandrum, Pappi
 laudes obiter tantū attingentem, hoc scommate peteres,
 simpliciter illud eo sensu, quo tu prior usus eras, retorsi.
 Nam Pappus Osiandrum non laudauerat: ideo iuxta cas-
 uillum tuum perperam attulisti hoc: Mutuo muliscabunt.
 Cuius retorsione hoc tantū notare volui, quod cūm tu
 frequenter tuos & viuos & mortuos extollas: ægrē tamen
 feras moderatum Pappi encomium. Sturmio suas laudes,
 quas in humanioribus literis meretur, non inuidemus: sed
 hoc miramur, quod ipse tanta ætate vir, ita se dementari
 passus sit, vt priuatus publicum negocium Electorum,
 Principum, & ordinum Imperij, à multis sapientissimis
 viris diu deliberatum, reprehendere, & quidem incogni-
 tum ausus fuerit. Huius tu hominis consilia, quæ sequaz-
 mur, sana dices: Si scilicet in Calvinismo proficere veliz-
 mus, non male suades: & in eo tuo more nugaris, quod ^{Pag. 102.}
 Sturmius Christianam Religionem aduersus Eutychetis
 errorem defenderit: cūm potius blasphemias vestras in fis-
 lium hominis tutatus sit. Nec etiam dixi, quod præter ve-
 stustatis exempla illud fecerit. Nam & Cresconius Gram-
 maticus, & alijs Philosophi Hæretici de Religione scrip-
 sunt. Et cūm mea verba in Antidanæo hæc sint: Nullo mo-
 do reprehendi Sturmium, quod præter exempla vetustatis,
 cūm alterius quām Theologicæ professionis sit, de sacris
 tamen scribere voluerit: ostendis, qua fronte & consciens-
 tia homo sis, vt contrarium tam impudenter scribere ausis.
 In eo vero ultra crepidam & præter vocationem suam
 Sturmius egit, quod ipse Grammaticus & Rhetor, dono

prophetandi & Spiritus discernendi non valens, dijudicat
tionem tamen controversiarum sibi sumpserit: & Electo-
res, Principes & Ordines Imperij in suo iure iniustissime
interpellari, factumque ipsorum necessarium & pium in
reformandis Ecclesiis & Scholis suis satis temere repre-
henderit. Hanc vero ipsi necessitatem fuisse, veritatem in
Thesibus Pappi oppugnandi, propterea quod Pappus ve-
terem & Orthodoxam Argentinensis Ecclesiae fidem con-
fessionem, contra fidem Magistratui datam, mutauerit:
luculentum mendacium est. Nam Principum confessio,
Argentinensis Ecclesiae confessio est: hanc etiam Magis-
tratus Argentinensis suam esse dicit: in hanc iurauit Pap-
pus: hanc tuetur Pappus. Quod cum ipse in defensione
sua teria & quarta evidentissime doceret, Sturmius nihil
nisi nugas respondere potuit. Et cum in Academia, nec
vera Religio, nec boni mores per Pappum corrupti, sed
potius conseruati essent, & adhuc hodie conseruentur:
Rectoris non fuit, in Ecclesia & Schola, quæ vix tum per
similes tui laceratae coaluerant, nouas turbas excitare.

Deinde non sine causa de loco Petri quæslui. Cum
enim margines Antiosiandri haberent, 1. Pet. 4. & tamen
in textu ad verba. 3. cap. alluderes: quod nam præceptum
putares dubitauis. Nunc autem in responsione & ignoran-
tiam & vanitatem cum malitia prodis. Ignorantium: Cum
dicis, te locum Petri, vbi docentur Christiani fidei suæ ra-
tionem cui uis petenti reddere, in margine annotasse. Sed
cum hic locus sit 3. cap. tu annotasti quartum. Deinde mis-
ror vanitatem & malitiam tuam, quod non sine scommate
virulento scribis, te non modo caput, sed & versiculum
ipsum annotasse, ne nos propter fumos cereuisiarios seu
vinarios erraremus. Te scribentem hec, vel sumis vinarijs,
vel in

vel intemperie prauis affectus turbatū fuisse oportet, vt plus
in margine videris, quām additum erat: vel extremitate impu-
dentem esse, quod etiam oculari demonstrationi illudere
volueris. Caput enim 1. Petri quartum pro tertio, absque
versiculi nota annotasti. Vitium popularium meorum
non excuso: hoc vero si conferatur cum blasphemis tuis
in filium hominis, & impudenti vanitate, qua absque fron-
te in singulis pagellis & propere periodis mendacia spargis:
næ tu in oculo trabem ferens, nostris festucam obijcis. Est
& hæc vestra ab antiquo superbia, vt omnes à vobis dissen-
tientes, stipites & asinos putetis, vobisque solis scientiae cla-
ues arrogetis: quod tamen hic falso nobis imputas. Nam
Sturmio artium & prophenorū, quos vocant, authorum
cognitionem nullo modo derogamus. Quod autem in le-
gendis sacris Biblij, aut Orthodoxorum Patrum scriptis,
multū profecerit, ex libellis ipsius minimè apparet, vt quæ
prater inanem loquentiam & maledicentiam propere nihil
contineant. Theoriam ego qualem cunque Theologie Pag. 104.
synceræ, per gratiam Dei Tubingæ à præceptoribus do-
ctissimis acquisiui: Praxeos autem in Turcia plus vidi &
didici, quām tu Genevæ. Nam si usquam alibi, in Turcia
certe scientiam Theologicam, fidem, charitatem, spem,
patientiam, & reliquas virtutes Christianas exercendi, am-
plissima occasio & materia datur. Ad titulum meum quod
attinet, quamuis istius me non pudeat: non tamen ego, sed
typographus eum auxit, cum solum cognomen nomini
proprio addidisse. Nec tu me peruersè egisse, vel mini-
mum Ecclesiæ nocuisse, ullo verbo probasti: sed ego vicis-
sim luculenter demonstravi, te hominem peruersum et re-
probum circa fidem esse, at qui fortassis parum amplius
nociturus sis Ecclesiæ, quandoquidem amentia tua hoc se-
mestri

mestri per blasphemias evidens facta sit omnibus. Et licet titulos ordinum, hypocritarum & Anabaptistarum more ex alto despicias: inani tamen scientiae persuasione, & stolido arrogantia, qua nostros præte contemnis, & tibi tuisq; solis scientiam vendicas, plus turges, quām omnes Doctores & Superintendentes nostri. Et quid tibi venit in mente, vt ordines ministrorum cauilleris, quasi nobis liberum non sit, Ecclesiae regenda & ædificandæ causa ordines instituere? An non Deus ipse in veteri populo ordinavit summum Pontificem, Sacerdotes & Leuitas: In nos

Ephes. 4. uo autem Testamento dedit alios Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores et Doctores. An non primitiva Ecclesia habuit Episcopos, Presbyteros, Diaconos, &c: Sturmium verò non candidè egisse, factum Principum & Theologorum nostrorum suggillando: sed omnia calumnijs, & fallis suspicionibus inuoluisse, Osiander & Pappus, nec nō Cancellarius Tubingenlis, Iacobus Andreæ, ad oculum demonstrarunt: vt illum non tantum peruerso iudicio præoccupatum, sed etiam planè fascinatum esse necesse sit, qui Sturmio Theologicam eruditionem adscribere audet: quem Osiander & Pappus rebus & argumentis ita confecerunt, vt præter inania verba & calumnias nihil amplius spirare potuerit. Et in his Sturmium Osiandro & Pappo infinitis partibus doctiorem esse, nemo est qui non statim agnoscat, qui scripta ipsorum absque præiudicio & supercilie Caluiniano legerit. Et quidem in ihsdem tu me penitus post te relinquis.

Quantus autem in ἀναβείᾳ, quam mihi derogas, sis, vel hinc apparat: quod cum exemplis eorum, qui professione Theologi non fuerant, ostendere debebas, recte fecisse Sturmium, quod ipse aliam, quām Theologicam scientiam profes-

professus, tamien de controuersiis Theologicis, & quidem grauissimis scribere ausus fuerit: ecce tu inter alia profers Apollo, Aquilam, Andronicum, Iuniam, exempla personæ Sturmij inconuenientissima. Hienam, licet ex numero duodecimi Apostolorum non erant, docendi tamen munere Theologico in Ecclesia Christi fungebantur. Has tuas ineptias reprehendi, quas etiam nunc præ animi ardore te non animaduertere video. Eiusdem farinae est, quod subijs: *Imò nec quicunq; verus Christianusq; Theologus &c propterea vestro more Episcopus est & Superintendens: Quis nostrum, Danæe, hoc affirmat? vel etiam aliam artem palam exercere vel proficeri prohibetur, quod tamen in Sturmio statè culpas. Vbi quoq; Danæe, hoc culpo?* Et num quoque Sturmius inter Theologos & Doctores Ecclesiae est, ut præter hanc publicam professionem, etiam aliam artem ad exemplum Pauli exercere possit? Vides qu'ām nullo iudicio haec scripsieris. Principalis functio Pauli erat, Christum publicè docere: interim quoque artificium ὄχνος ποιεῖς exercere licebat. At Sturmius à suo Magistratu vocatus non est, ut publicè Theologiam doceat: aut Theologos Argentinenses, multo minus totius Germaniae pueriores Scholas & Ecclesiás, quod ad sinceram Theologiam attinet, reformat. Sed quia te Leydam profectum esse audio, vnde olim Anabaptistarum Coriphæus prodidit: opinor, quod nobis istius phanatici exemplo, omnium ordinum & functionum confusionem in Ecclesiam reducatur sis, vt etiam sutoribus, sarcitoribus, cordonibus, & cuiusvis professionis hominibus, etiam non legitim'e vocatis, nec donis necessarijs instructis, per te in Ecclesia publicè docere, & controuersias Religionis disceptare liceat.

Priscillam in Ecclesia Dei publicè docuisse, nusquam
scripsi: sed quod alijs viam Dei exposuerit, ex Actis ostendit: vnde & à Paulo οὐ περιγράψει eam dici volui, quia in negotio
Euangelij ipsi cooperata sit. Hancque expositionem meam
exemplo filiarum Philippi Euangelistæ confirmauit:
quorum tu nihil, nisi te ipsum conuellere potuisti. Si enim
hæc vox οὐ περιγράψει hunc sensum non habet: & Sturmius me
rectius (ut pueriliter mihi insultas) eam intelligit: quo si
ne, quæso, Aquilæ & Priscillæ adduxisti exemplum, eosq;
à Paulo οὐ περιγράψει appellatos dixisti, nisi ut hac appellatione
ostenderes, etiam Sturmio licere de rebus Theologicis disserere? Et quod Sturmius professionis consortem Crescen-
tium Grammaticum secutus, falsò & blasphemè contra
Ubiquitatem & Maiestatem Christi hominis scripsierit,
Pag. 10. Pappus & Osiander ex Scriptura & Patribus clarissimè
docuerunt. Nec me toto cœlo aberrasse, accusando Stur-
mii, quod nolit errores repugnantes verbo Dei damnari,
controversia ab ipso Pappi thesibus mota ostendit. Cum n.
harum summa sit: errores repugnantes verbo Dei damnans
dos esse: nec charitati Christianæ aduersari, si publica con-
fessione ab Ecclesijs, tales errores pertinaciter defendantis
bus nos se iungamus: hasq; theses Sturmius tanta vehemen-
tia & acerbitate verborū impugnārit: quis non iudicaret,
ipsum nolle errores repugnātes verbo Dei damnari? Non
enim ad hypothesin huius vel illius erroris Pappus descen-
derat. Arguendo autem, nos negare, conuictas personas,
& obstinate in erroribus perseverantes, damnandas esse:
abs te alienum nihil facis. i. aperte calumniaris: nec non
nugas agis, quasi Laonicus imprudens arcanum hoc tibi
prodiderit: cum Antidanæus hoc ipsum multis in locis
aperte testetur. Commenta quæ repetis, de veritate à Paps
po ima

po impugnata, & de Confessione Ecclesiæ & Scholæ Ar-
gentinensis ab eodem mutata, paulo ante confutauit. Quis
bus nunc addo: Pappum rehiciendo Confessionem 4. ciuita-
tum tanquam Cinglianam, peierare non potuisse, cum
in eam nunquam iurauerit. Et si quid in Religione inno-
vate voluisset Pappus, Sturmij fuisset de eo Magistratum
monere, nec improbantibus Scholarchis turbas excitare.
Non enim ad ministerium Ecclesiasticum reformatum,
aut ei quid docendum sit, praescribendum: sed ad propha-
nos authores docendum, vocatus est Sturmius. Quare
nulla fuit causa necessaria, sed mera temeritas, certamen
hoc Pappo mouendi: quo non aliquod ipsius peccatum ab
vrbe auertit, sed potius iram Dei, calumnijs & blasphemijjs
suis, in veram doctrinam de Coena & Maiestate filij hos-
minis, prouocauit. Et hactenus de facto Sturmij, quibus-
dam etiam tuis calumnijs & conuicijs satis dictum.

Accedam nunc ad quæstiones controversas: quarum
prima est de condemnatione Caluiniani dogmatis, eiusq;
pertinacium propugnatorum. Hostantium, vna cum er-
roribus, nec totas Ecclesias vestras cur damnemus, plures
& graues causæ sunt. Cum enim ipsa veritas dicat: *Verbum Esa. 55.*
meum quod egredietur de ore meo, non reuereetur vacuum, sed faci-
et quod volo, & prosperabitur in his ad quæ misi illud: dubium
nullum est, quin multi in vestris Ecclesijs, manifestis ver-
bis Christi simpliciter fidem habeant: vestras autem stro-
phas, contorsiones, & peruerisiones Scripturarum in istis
grauissimis materijs, aut non intelligant, aut non curent:
Simplicitate nimirum verborum Christi contenti, H o c
E S T C O R P U S M E V M: E T, Ego vobiscum sum, vñ-
que ad consummationem, &c. Et, Mihi data est omnis
potestas, &c. nec multum scrutentur, quomodo ista fieri

possint. Alij autem in hisce articulis contiouersis fluctuant, donec tandem in agone manifesta Scriptura iudicium rationis vincat. Qui vero iam vestris erroribus imbuti sunt, hi ex nulla pertinacia (quemadmodum vos Doctores horum certaminum scientes) sed ex mera simplicitate, imbecillitate iudicij, & ignorantia rectius non instituti errant: & si rectius erudirentur, veritati procul dubio cederent, in eaque acquiescerent: nec etiam veritatem, quod vos facitis, obstinate oppugnant, multo minus blasphemant: hi gratia Dei, qua & peccata et ignorantias ipsis condonat, saluantur, si fide in meritum Christi se sustentent. Alia autem ratio Doctorū est, quibus error ex verbo Demonstratus est: ipsis etiam moniti, ut haeresin deserant: verū semel conceptam opinionem, ne errasse videantur, obstinate retinent, pertinaciter tuentur, veritatem impugnant & blasphemant, nec non scandala fouent & alios seducere student: his cum Apostolo Paulo anathema dicimus. Nam ut ingens discriminēt inter peccatores, qui ex nullo proposito, sed ex ignorantia & imbecillitate carnis labuntur: quā sit, ut etiam sancti, quāmdui in hac carne mortali vivunt, à peccatis immunes non sint: & inter eos, qui obstinati in peccatis perseverant: ita errantium quoque discriminēt, ut modo ostendi. Et Paulus seductoribus & Pseudodoctoribus, non autem errantibus Galatis anathema dixit. Et nullum Concilium, nullæ leges eadem sententia lupos & oues complectuntur. Chrysostomus inquit, in oratione de natura humana: Dogmata impia & ab Hæreticis profecta arguere & anathematizare oportet: hominibus autem, (id est, hæresi circumuentis & seductis) parcendum, & pro salute ipsorum orandum. Non igitur οφελός Φάρμακον est, quod non totas Ecclesias vestras,

sed

sed tantum obstinatos errorum vestrorū propugnatores,
& in Majestatem Christi hominis blasphemos, siue pasto-
res, siue auditores sint, damnare nos velle, profitemur. Nam
in eo exemplum Christi, Pauli, Orthodoxorum Patrum,
Conciliariorum, & piorum Imperatorum sequimur.

Sed obijcis: nullos esse in vestris Ecclesijs, qui pruden-
tes ac scientes Vbiuitatem nostram non rejicant, & ve-
ram de sacra Domini Coena doctrinam, quam vos annun-
cietis, non libenter & ~~negocia~~^{Pag. 106.} animi certissima & delibe-
ratissima amplectantur. At ego ex tuis hominibus Gallis
& Belgis, qui Angliam, Scotiam, Belgium, Galliam, & alię
as regiones perlustrarunt, & quibus plus fidei, quam tibi,
(qui toties malam tuam fidem prodidisti) habeo, sāp'e au-
diui: plerisque Ecclesiis harum prouinciarum, præsertim à
nobis remotioribus, controversias istas de Coena Domini
& Maiestate Christi hominis ignotas esse: nec etiam quic-
quam de ihs pro concione dici. Hæc si vera sunt, à tuis ho-
minibus & harum rerum peritioribus te, & fide dignioris
bus profecta, quomodo tu impudenter nugaris, NVLL OS
esse in vestris Ecclesiis, qui prudentes & scientes vbiuita-
tem nostram non rejicant? Quomodo enim is SCIENS
& PRVDENS doctrinam nostram damnabit, de qua nun-
quam audiuīt & multo minus rationes & momenta eius
cognovit? Aut si audiuīt, eius simplicitatis est, vt de
his acutioribus disputationibus iudicare non possit? Et
si aliquam vbiuitatem rejicunt, ea vesta phantastica est,
de coextensione corporis Christi per omnia loca. Nam
qui multis annis in locis istis, quæ dixi, à nobis remotioris
bus versati sunt, sancte affirmant, se nunquam audiuisse
controversias istas populo propensi, nec etiam quicquam
de his vulgo notum esse. Qui igitur simplicitatem suam de
Coena Dominis sequuntur, rectius non instituti, siue pasto-
res,

tes, siue auditores sint, hos nulla pertinacia errantes, nec etiam veritatem, vt vos, impugnantes & blasphemantes, minimè damnamus. Quod vero tanquam καρπού τοῦ ὄντος omnium tuorum, inquis: nullos esse in vestris Ecclesiis, qui non vestram doctrinam de Cœna θεολογία animi certissima & deliberatissima amplectantur: tuo more nugari. Verba enim Christi ita clara & perspicua sunt, vt ipso sono piorum & simplicium corda feriant, suoq[ue] splendor re vestras peruersiones & interpretationes, à verbis manis festis alienas, ceu nebulas obscuras pellant. Et nihil dubito, in Heluetia, Gallia, Anglia, &c, multos viros bonos & pios esse, qui si tuas blasphemias, de Christo, quā homo est non adorando, & quod ipsi nulla realis communio sit cum Deitate λόγῳ, quodque ad miracula non plus contulerit, quā virga Aaronis: has, inquam, & similes blasphemias si audirent, adeo non probarent eas, vt etiam te, tanquam pestem Ecclesiae, execrarentur, & exterminandum esse iudicarent.

Verūm, vt tibi loquar, Danæe, qui mentiendi finem nullum facis? Quasi vero nos dogma duntaxat, non autem personas verbo Dei conuictas, & obstinate perseuerantes, damnare affirmemus: ob idque à Laonico refuter, & ipse me ipsum tandem, à nostris hoc fieri agnoscendo, destruam? Quomodo hæc vere, & non nugatorie scribis?

*Antidan. Pag. 19.
20. 22. 25. 26. & 27.* multis in locis de hac eadem calumnia querar, & tamen recoquere eam te hic nō puduit? Vos ex verbo Dei erroris conuictos, rectius edocitos, monitos, pertinaciter errores defendantes, & veritatem impugnantes, vñā cum dogmate vestro damnare nos, vbiq[ue] scribo & dico. Et huiusmodi consortes vestros, si Ecclesiæ nostras turbare & fœdare præsumant, Magistratus noster subditis suis

suis p'ie, utiliter & necessario consulens, tanquam carcino-
 mata & pestes Reip. Christianæ, ex iure diuino & huma-
 no, ab officio docendi remouet, et ne virus suum latius spar-
 gant, ditionibus suis expellit. Quod autem Illustriss. Ele-
 ctor Saxo quosdam carceri mandauit, habuit is facti sui
 causas iustissimas, quas, si libet, ab eius Celsitate requiras.
 Danæa igitur veritas est, nos velle, ut hæresis damnetur, pag. 107.
 intacto tamen manente Hæretico. Hoc non Theologi,
 non Principes nostri vnquam senserunt. Et illi ipsi Magis-
 stratus, quibus initio verbum, DAMNAMVS, durius aliquo
 modo videbatur, vestros tamen Doctores ex Ecclesiis &
 Scholis suis, pio zelo moti, eiecerunt. Capitis autem sup-
 plicio ut vestri Doctores punirentur (nisi enorme & poli-
 ticum facinus accedat) nullus Theologorum nostrorum
 probauit, nec etiam eius seueritatis exempla apud nostros
 Principes extant. Et quid est quod scribis, nostros coactos, pag. 108.
 ut verbum, DAMNAMVS, ē libro Concordiæ tollerent?
 An non in illud omnes subscripti Electores, Principes,
 Comites, Barones, & vrbes Imperiales consenserunt, ve-
 stramque doctrinam eo feriri, & vos, tanquam Pseudodo-
 stores, caueri voluerunt? Sed quid non laborat Danæus,
 tanq' lupus rapax, ut etiā ouiculas in societatem damnatio-
 nis rapiat? Paulo ante ostendi, ingens discriminē esse inter
 conuictos, admonitos, & tamen hæresin obstinate retinen-
 tes, veritatemq' blasphemantes Doctores: & inter auditio-
 res, qui simplici ignorantia, suggestione vestra, minus re-
 ste de Coena Domini sentiunt. Hi nec ab alijs de errore
 admoniti sunt, ideoque etiam dici non possunt, quod perti-
 naciter errorem retineant: nec etiam veritatem blasphem-
 ent, quam ambabus, ut dicitur, manibus amplecteren-
 tur, si eis sincere traderetur. Quare ipsos, ut vos, anathema-
 tizare non possumus,

Quod

Quod autem de gregibus vestris pronuncias: eos T O
TOS nostram Vbiuitatem (de qua iam audierint) detestari,
& en ~~προσεγένετος~~ animi, non autem, ut nos putemus, ex
vlla ignoratione nostrae sententiae nostrarumque ratio-
num (quas non dissimuletis illis) vestram doctrinam de
Coena amplectantur, nostram autem prorsus reijciant: ves-
tus commentū repetis. Iam enim antea ex tuorum et fide
dignissimorū confessione respondi, te impudenter plane
hoc de totis gregibus vestris confingere: & tui quoq; ho-
mines, quibus conditio Ecclesiarū Gallicarū, Anglicarū,
Scoticarū, Rheticarū, notior quām tibi est (qui fortal-
sē antequam Germaniam adires, præter quandam partem
Gallie & Caminiorum terram nullam calcasti) hoc de
gregibus tuis te comminisci fatebuntur. Quām enim mul-
ti sunt vel in Heluetia tantum, nobis vicina, qui veram
doctrinam nostram de Coena Domini & Majestate Chris-
tī hominis prorsus ignorant. Et si de aliqua Vbiuitate il-
li & reliqui vestri auditores audiuerunt, hæc monstrosa illa
la a vobis conficta, & nobis per calumniam imputata, est.
Hanc ipsos detestari, hanc reijcere, hoc est, rationis vestrae
segmentum, nemo miratur. Sed quod en ~~προσεγένετος~~ animi,
non ex vlla ignoratione nostrae sententiae nostrarumque
rationum, quas illis non dissimuletis, nostram doctrinam
reijciant, quis hoc tibi credat, nisi homo leuis, qui nugis &
vanitatibus delectatur: Si enim quod certum est, plera-
que membra Ecclesiarum Anglicarum, Scoticarum &c. et
remotioris Gallie, controversias in Germania ortas igno-
rant: nec etiam sententia nostra, nostræque rationes bona
fide iplis proponuntur: quomodo en ~~προσεγένετος~~ animi, &
nulla ignoratione, omnes & toti greges vestri illam reijci-
unt: Et quis credat, te & tui similes auditoribus vestris ra-
tiones

tiones doctrinæ nostræ candide & sincerè proferre : cum
in scriptis vestris falsissima nostris per summam calumnia-
m affingere vos non pudeat : Greges igitur vestros, ob
causam suprà dictam, non damnamus, licet confessio ipsos
rum in omnibus doctrinæ Christianæ partibus vestra cul-
pa sincera non sit. Duces verò vestri, qui dissidium hoc
prioribus Ecclesiis dederunt & auxerunt, nec se moneri
pauci sunt, à Luthero & collegis ipsius anathema audiue-
runt. Et quomodo tecum ipse consentis, Danæe, qui suprà Pag. 10.
dixisti: Laonicum Vbiuitatem rei scere, nunc eum Vbi-
quitariam doctrinam Catholicam vocare scribis? Fateris
igitur te Laonici sententiam calumniatum esse, tantum ut
eum mihi opponeres? Sed audite Theologiam Danæi, qui
nostram doctrinam de Maiestate hominis propterea ne-
gat Catholicā, quia à Calvinistis & Papistis, bello hoc con-
fertio, oppugnetur: nam ex verbo Dei a vobis & socijs Ie-
suitis (qui utrique figmenta capitis vestri, non Scripturam
sequimini, & armis communibus Maiestati Christi homi-
nis bellum facitis) expugnatam esse, nondum probasti. Pag. 109.
Deinde rationem meam, quæ te falsitatis conuincit, astutè
dissimulas, & aliena supponis, quasi scripserim: peccatores
conuerti posse. Sed quis hoc ignorat aut negat? Contra te
confuse afferentem, peccatum & peccatores eadem sententia
condemnari: ex Scriptura docui, de peccatoribus poeniten-
tibus, nec ex proposito. Sed imbecillitate carnis labentibus,
& in Christum credentibus, minime hoc verum esse. Lis-
cer enim peccatores simus & moriamur: saluari tamen nos
gratia Dei per fidem, scimus. At peccatum, & peccatores
obstinatè in malitia perseverantes, eadem sententia con-
demnari, dico. Eodem modo greges vestros, ex ignoran-
tia simplici errantes, qui nec conuicti, nec moniti sunt, si se

obedientia Christi solentur, damnare nolumus. Vos autem ex verbo Dei abunde & luculenter conuictos, veritatem edoces, sive monitos, & tamen errores pertinaciter propugnantes, & veritatem blasphemantes, vna cum erroribus anathemate ferimus: vosque in Ecclesiis & Scholis nostris, tanquam Pseudodoctores, malos operarios, & concisionem afferentes, minimè tolerandos esse iudicamus. Vult enim Paulus, Hereticum hominem post unam & alteram admonitionem vitari. Nec est ut speres, nos unquam sententiam vestram amplexuros esse, nisi Christum mendacij arguere, & de dextera Dei detrahere velimus. A' qua insania Deus clementer nos custodiat, & vobis agnitionem eius largiatur,

Quod vero addis: *Vos dum de damnandis hominibus agitis, non de ipsis intelligere, de quibus adhuc spes est, sed de ipsis, de quibus desperatur.* Primū anathematis finem te ignorare ostendis. Nam propterea anathema dicimus falsa docentibus, ut resipiscant, sanent & mutent: aut si cum ipsis res deplorata est, ab alijs vitentur. Et Paulus 1. Tim. 1. inquit, se Alexandri & Hymatii, (qui docuerant, resurrectionem iam esse factam) tradidisse Sathanæ, ut discant non blasphemare, id est, ut ex anathemate inflicto, vel suum errorem agnoscant, & ad mentem redeant, vel in eo perseverantes, iuste pereant. Deinde tibi ipsi contradicis. Nam in Antios. pag. 44. scribis, vos etiam eos ipsis, de quibus non planè desperatis, tam diu damnare, quam diu errores istos Pontificios sequuntur aut profitentur. Et subiçis: *Quis neget Ecclesias et personas aberrantes esse a Paulo, ut errores ipsis, aperte condemnatas?* Ergo non tantum eos damnandos censes, de quibus desperatur, sed etiam, de quibus adhuc spes est. Nam de Gallatis tibi sermo erat, quos Paulus ab errore

errore reuocauit. Sed ut tecum ipse non consentis: ita subinde mihi ea, quæ nusquam scripsi, vanissimè affingis. Vbi enim dico, à nobis in vestris Ecclesijs præter pastores ipsos neminem damnari? An non pag. 96. Antidan. scribo, nos etiam non omnes pastores vestros damnare, quod plurimi mera simplicitate, & nulla obstinatione errent, quia nullum aliud doctrinæ genus cognouerint, nec etiam nostrorum libros inspexerint. Hos fœnum & stipulam supra fundamentum ignoranter ædificantes, saluari, sed sic, tanquam per ignem. Qui autem veritatem ex scriptis vel colloquijs nostrorum cognouerunt, & tamen errores & blasphemias vestras pertinaciter tuentur, & veritati maledicunt, siue pastores, siue auditores sint, damnamus. Tertio vero repetere, OMNES & SINGULAS
 vaculas in gregibus vestris, nostras rationes & dogmata certo animi iudicio publicè & priuatim rejicere: ostendis, quod nullius pudoris homo sis. Quot enim quis putet, vel etiam pastores esse in remotioribus Galliæ, Angliæ, Scotiæ, &c. partibus, qui veram sententiam nostram eiusque rationes ignorant. Quid nunc de SINGULIS ouiculis dicam? Quomodo illæ publicè & priuatim rationes nostras certo animi iudicio rejicient? Quis enim non nisi omni iudicio destitutus ignorat, multos, aut etiam plerosque ē vulgo in his controversiis simplici sensu, quem verba manifesta largiuntur, contentos esse? Hos etiam in quibusdam errantes, non autem vobiscum veritatem blasphemantes, gratia Dei per Christum saluari arbitramur.

Et si, iuxta opinionem tuam, necesse est, totas Ecclesiæ isticas damnari, quarum doctrina damnatur: sequitur, vos, qui doctrinam nostram rejicitis, OMNES NOS pastores & auditores damnare: quam tamen suspicionem

suprà declinare voluisse videris, cum contra te ipsum scriberes: *Eos solos dammandos vos dicere, de quibus desperatum est.*
vos autem bene de nobis sperare, et si grauiissime erremus. Vides,
 vt tibi & veritati vbique contradicas? *Vos autem erroris*
 ex verbo Dei conuictos esse, nec nostros legitimam agen-
Pag. 100, dī rationem prætermittere, vel solus Antidanæus (vt alio-
 rum erudita scripta prætermittam) euidenter ostendit: cu-
 ius doctrinam & rationes ex Scriptura & Patribus à me
 allatas, tu nullo modo (vt omnes iudicio prædicti vident)
 conuellere, calumniari autem & cauillari abunde satis pos-
 tuisti. Cuius præclarí artificij & hīc etiam specimen exhibi-
 bes, cum ex his meis verbis, tanquam thesi: *Confessio, qua ab*
Hæreticis conscripta, Ecclesijs vel per vim obtruditur, vel ver-
borum blanditijs persuaderetur, nullo modo totius Ecclesia putatur:
cum multa eius membra eam non probent, nec acceptent: & qui fal-
forum Doctorum clamoribus adducti eam amplectuntur, non tamen
ij omnes idcirco Hæretici appellandi sunt, &c. His dico, subsum
 ptum falsissimum, ex calumnij & mendacijs contextum,
 subiçtis, & inde non minus falsum concludis, me nostram
 Concordiam hac mea sententia condemnare, vosque à crisi
 mine hæreses absoluere. Sed nondum, Danæe, omni
 metu & criminē (quod putas) liberatus es. Quamuis enim
 vltro fateamur, confessionem nostram in libro Concordiae
 repetitam, non esse totius Germaniae: non tamen propterea
 vel noua, vel hæretica est, sed vos Calvinistas Hæreti-
 cos esse, Scripturæ & purioris antiquitatis testimonij evin-
 cit: qua etiam publicè testari, & omnibus notum esse vos
 lumen, nobis nullam Religionis aut fidei communionem
 cum Calvinistis, Pontificijs, Flaccianis, & alijs sectarijs es-
 se, qui Orthodoxas confessionis Augustanae Ecclesias ha-
 cetenus perturbarunt. Quod autem clamas, subscriptiones
 illas

illorum, maxima ex parte Clericorum, qui nostrā confessionem subsignarunt, astu, verborum lenocinijs, pollicitationibus, imo etiam minis fuisse à Volaterrano illo Iacobō Andreæ & alijs extortas & eruscatas: in eo tu homovanissimus, Electores, Principes & ordines Imperij mensdacijs arguis, qui in Praefatione libri sui non sine verissimo testimonio subscriptorum palam profitentur, Theologos ditionum suarum, Ecclesiæ & Scholarum ministros, cum declarationem controuersorum articulorum congruere, in primis quidem cum verbo Dei, deinde Augustana confessione animaduerterent, promptissimo animo, & testificacione suæ erga Deum gratitudinis, hunc Concordiæ librum, ut piam & genuinam sententiam Augustanae confessionis experimentem, vltro & quidem accurate meditatum recepisse, eique subscripsisse, et de eo corde, ore, & manu palam testatos esse. Et quis omnium in nostris Ecclesiis est, qui hoc, quod illi profitentur, verum esse ignoret? Sed Danæus nostros Clericos tacite insimulat, quasi manus non corde subscripterint: ipsos nimirum ex sacrum ingenio iudicans, quibus turpe non est, pro tempore confessionem, quam corde improbant, manu subsignare. At scias, nobis Orthodoxis aliam consuetudinem & alium candorem esse: & nostro Magistratu ad obtainendas subscriptiones à Theologis & ministris suis, nec astu, nec minis, nec pollicitationibus opus fuisse. Nam plerique multis iam annis, harum contiouersiarum declarationem & decisionem à Deo summis votis contenderant, quam vbi Magistratus sui labore et studio consecuti sunt, summa gratiarum actione illam acceperunt. Qui autem Vuittenbergæ & Lipsiæ prauis opinionibus imbutierant, his liberum fuisse sententias suas proferre, & postquam ex verbo Dei satissimum

factum sibi esse cognoverunt, & ipsi cum reliquis testimoniis veritatis libro Concordiae dederunt. Et hic nihil astu (more sociorum vestrorum, qui Calvinismum in nostris Ecclesiis & Scholis plantare cœperunt) nihil verborum lenocinij, sed aperte & candidè singula peracta sunt. Singuli quoque, quibus dubium aliquod ex præconceptionis falsis opinionibus fuit, moniti sunt, ne quid hæsitante conscientia facerent, & non, nisi probere secum per pensa, doctrinam nostram subsignarent. De quo illi ipsi, qui subscripti sunt, contra te testari possunt. Non igitur eruscata, non vi extorta sunt subscriptiones, plerisque Ecclesiarum nostrarum Ministris iam multis annis auidè hoc desiderantibus. Non dissimilis hæc quoque calumnia est: Nostrorum Doctorum, qui errorum Eurychianum reuocent, clamoribus, hoc ipsum nunc nostra doctrina corpus **POPVLIS IN VITIS OBTVDI.** Quod quia omnes nostri falsissimum esse nouerunt, confutatione non eget. Ex his agnoscis, sententiam meam Concordiam nostram non tollere, multo minus in causa hæreses vobis quicquam opitulari.

Sed transeo ad confutationem eorum, quæ tua responsio à pag. 127. habet, ne post aliqua ad eandem questionem de condemnatione veniens, me ius vetus recoquere clamas. Nam confusione tua, & crebra eorundem repetitione hanc mihi necessitatem dederas, de eadem materia diversis in locis dicendi. Et cum hinc eadem commenta, quæ supra refelli, reponas: in ijs confutandis prolixior esse nolo. Dicis me diuinare, septem hominum millia in Gallia esse, qui nostram Ubiquitatem amplectantur. Et in hoc ceu minus verisimili pronunciatio aliquantis per ludis, nec non pueriliter triumphas. Verum hæc verborum meorum sycophantica peruersio est. Non enim de Gallicis tantum,

Pag. 100.

Pag. 127.

sed de

sed de omnibus Ecclesiis vestris, quæ in Heluetia, Gallia, Anglia, Scotia, vel alibi sunt, loquor. Et cum vestra doctrina de Coena Domini & praesentia Christi hominis in Ecclesia sua, clarissimis verbis Christi manifeste aduersetur: dico, multos in omnibus his vestris Ecclesiis perspicua Christi verba simplici fide (quali vulgus præditum est) amplecti, nec vestras corruptelas, quibus Christi planissimis verbis alienum sensum affingitis, curare, sed potius pastoris sui vocem sequi, et si doctrinam de Maiestate Christi hominis non ita exquisitè intelligent. Et hoc confirmo Scripturæ rationibus, quod nimis Dominus (qui suæ Ecclesiæ ad consummationem usque seculi efficaciter adest) semper sibi septem millia hominum conseruet, qui genera sua coram Baal non curuent, id est, qui vocem pastoris sui, clare & aperte loquentis, audiant, nec alienum sensum quantur, sed fugiant ab eo, quia non nouerunt vocem alias Ioan. 10. Doctorum vestrorum, qui Christo pastori obloquuntur, & dicunt: Hoc quod accipitis & comeditis in sacra Coena, non est corpus Christi, sed tantum panis, qui symbolum et figura est corporis Christi, quod in celo manet. Item, Christus Iesus Immanuel, Deus & homo, simul non est vobis cum in terris, sed tantum Deitas λόγος, cui etiam in celo, propter suam immensitatem existenti, humanae coniuncta est. Hanc alienam à Christi verbis vocem, multos in vestris Ecclesiis non audire scribo, sed quod Christus pastor ipsorum sonat, simpliciter credere: nec impie & Iudaice vobis cum querere, quomodo hoc, quod contra proprietatem veri corporis esse videtur, fieri possit, sed potius cum Abrahamo, Patre fidelium, hanc gloriam Christo tribuere, quod quicquid promiserit, potens sit etiam præstare. Et cum Christus in medio inimicorum

corum suorum, non tantum eorum, qui vi aperta, sed etiam, qui dolo & falsa doctrina agunt, dominetur & dubium non est, quin etiam dominium hoc suum inter vos Magistratus suae hostes exerceat, & multos in vestris Ecclesiis Spiritu veritatis regat, ut verbis perspicuis promissionum suarum absq; hæsitatione credant, & in obedientiam ipsius etiam πάπιονα captiuent, nihil facientes glossemata vestra, quibus genuinum Scripturæ sensum peruerritis. Ehi non tibi misello (qui ne teipsum quidem, nedum tot hominum corda in omnibus Ecclesiis vestris nosti) sed Deo cogniti sunt, qui ipsos suo Spiritu à vestris erroribus & blasphemis præseruat. At vero ne vnum quidem esse inter vos, qui monstroram istam Ubiquitatem à vobis confictam acceptet, fortasse verum scribis: sed de eo certamen mihi tecum non est. Et hic tu ridicule inanum verborum strepitu, absq; hoste, pugnas & triumphas. Repetis deinde

Pag. 12^o. veterem tuam cantilenam: Paulum, videlicet, singulos, qui in Ecclesia Galatarum Pseudodoctorum errori consentiebant, damnasse. Et de nobis per sumam calumniam scribis: nos errantes (quales Corinthij & Galatae fuerunt) Sathanæ tradere, ex Ecclesia expellere, & anathematizare: cum tamen in plurimis paginis Antidanæ ostendam, nos idem discrimen cum Paulo seruare, inter seductores & seductos auditores. Et rationibus euinco, (Antidan. pag. 102, & sequent.) Paulum non damnasse errantes Galatas vna cum falsis Doctoribus: nec etiam nos velle greges vestros una & eadem sententia vobiscum ferire. Sed tibi ipse contradicens, in eadem pag. nos ab hoc criminе absoluis, scribens: nos (quod tu affirmes) negare, Paulum singulos errantes in ihs Ecclesiis damnasse, quia errorem in abstracto tantum, & non omnes errantes à vobis feriri dicamus. De hac

hac vertigine tua quid sentiendum sit, iudicent viri boni.

Iterum inseris: Singulos pios in Ecclesiis Gallicis nostram Pag. 128.

Vbiquitatem, ut manifestam hæresin, odisse, & eam scien-

tes prudentesque damnare. Quia vero contendis, erro-

rem aut hæresin damnari a nemine posse, nisi is eodem mo-

do eademque sententia personas ipsas ita sentientes con- Antios. Pag. 13.

demnet: an non vides, te & tuos, singulas nostrarum Ec-

clesiarum personas, vestra crudeli sententia condemnare?

& dum nos falso accusare, & condemnationis crudelis in

omnes tuos conuincere laboras: ipse hoc crimen de te &

tuis imprudens fateris. Verum de tuis, ut etiam de nobis,

te hoc committisci, certum est. Nam p̄ij & fideles in vestris

Ecclesiis tantum imaginariam Vbiquitatem, de extensio-

ne corporis Christi per totum vniuersum, dominant: no-

stram autem veram sententiam de Maiestate Christi ho-

minis, tanquam verbis Scripturæ consonam, aut fide simi-

plici probant, aut eam ignorant, & scientes prudentesque

minimè damnant. Ex quo etiam patet, conclusionem tus

am falsam esse, quod singulos Ecclesiarum Gallicarum pi-

os condemnemus.

Præterea affingis mihi, quasi omnis Ecclesiasticae dis-

ciplinæ imperitus, putem, quemlibet in Ecclesia damna-

tum, statim ex Ecclesia vel electum seu excommunicaz-

um, vel ejici & excommunicari debere. Ego vero de Ec-

clesiastica disciplina & externo excommunicationis ritu

nullum verbum facio: sed dico, eos qui secundum præscri-

ptum verbi Dei legitimè damnati sunt, re ipsa a bonis coe-

lestibus alienos, & ab Ecclesia electorum electos censerit,

licet externo disciplinæ Ecclesiastica ritu ex Ecclesia eies-

ti non sint. Christus enim inquit Ioannis 3. Qui non

credit in nomen filij Dei, iam condemnatus, hoc est, alie-

ntus Antidan. 105.

nus à bonis æternis est, licet in externa societate Ecclesie maneat. Quare in pag. 129. cum vmbbris & tuo figmento luctaris, nec meam sententiam attingis. Sub finem vero recte coniectas, vos propugnatores Calvinismi pro excommunicatis à nobis censeri, quia verba Christi planissima depravatis, filio hominis maiestatem communicatam de negatis, & multas Ecclesias & Scholas vestris erroribus labefactatis. Cum his nobis nullam pacem aut communionem fore, quāmdui tales esse perrexerint, libro Christianæ Concordiæ testamur: cuius prater alios, hic etiam saluberrimus Ecclesiis nostris fructus est, vobis aut illarum perturbatoribus intempestiuus & pestifer, ut è ccens & consortio nostro excludamini.

Pag. 130.

Verum dum rerum Ecclesiasticarum me insciū esse arguis, eatum tu magnam ignorantiam manifeste prodis. Quis enim nescit, qui modo primis labris historiam Ecclesiasticam attigit, in Synodis non tantum Religionis & fiduci causas (de quibus mihi sermo est, & quas tu Ecclesiasticas vocas) sed etiam externas ciuiles & priuatas Episcorum, & in genere Clericorum disceptatas fuisse? & quidem per Canones non licuisse Clericis priuatas suas causas apud politicum Magistratum, sed tantum in Concilio Ecclesiastico agere? Et Socrates lib. 6. cap. 14. non obscurè significat, causam Chrysostomi non fuisse de Religione: sed ipsum Chalcedonem vocatum, ut criminibus responderet: & cuiusmodi illa crimina fuerint, in praecedentibus commemorat, dicens: Cyrinum, Chalcedonis Episcopum, Ioannem apud Episcopos maledicē insectatum esse, eumque impium, arrogantem, & contumacem appellauisse. Quem, cum Synodum accedere nollet, communibus suffragijs condemnarunt, & Episcopatu abdicarunt, idque cum

Euti nullum aliud crimen illi obiectare possent, præterquam quod accersitus non obtemperauisset. Et Seuerianus, Episcopus Syriæ, post abdicationem Ioannis, palam dixit: Illutum licet nullius alterius criminis esset conuictus, iurepropter insolentes & superbos mores abdicatum esse. An vero tu hanc causam Religionis & fidei fuisse dices? Deinde & hoc inscitiam aliquā redolet, qui in Antiosianus & hic, Theophilum, Antiochiae Episcopum, nominat, cum is Alexandriæ præfuerit. Quid vero notius, quam causam Athanasij in Synodo Tyria non fuisse Ecclesiasticam, id est, de fide & Religione? Testatur enim Theodosius lib. 1. cap. 29. Athanasium duorum criminum falso accusatum fuisse, quorum prius homicidij fuerit, alterum, quod vitium intulerit mulierculæ, virginitatem professæ. Et Ruffinus lib. 1. cap. 15. scribit: Sacerdotes peruersos Athanasium apud Constantium omnium scelerum & flagitorum insimulasse, et corporis brachium Imperatori ostendisse, quod ab Athanasio excisum, Magicæ artis gratia, de Arsenij cuiusdam corpore confirmarint. Quibus de causis Imperator, conuocato Concilio, Athanasium condemnari iubet. Et in Synodo Tyria libidinis, cædis, & Magicarum artium ipsum accusatum & condemnatum, testatur. An vero & haec causa fidei, & non potius externa & politica fuit? Hisce vanitatem annexatis, nos inauditos vos damnare. Quasi vero iam supra 50. annos vestras blasphemias, quas tu subinde cumulas, non satis superque audiuerimus. Et quereris, nos in eadem causa partes & iudicessedere, qui nostras in vos inimicitias publicè & aperi professi simus. Nobis vero Danæe, nullæ priuatæ inimicitiae, nullæ simultates vobiscum sunt: sed Christi & fidei causa agitur, de qua ex verbo Dei iudicamus, vosque secta-

rios & blasphemos in Christum Salvatorem proclamamus. Et si, iuxta opinionem tuam, nemo in suæ Religionis causa iudex ferendus est: male fecerunt Orthodoxi, Hæreticorum acerrimi hostes, quod ipsi in propria Religionis causa Hæreticos damnarunt. Nec nobis (quod singulis) cum Pharisaicis aliquid commune est, vobis vero non prorsus nihil. Nam ut illi Pseudodoctores, Christi personam & doctrinam mendacijs & calumnijs onerarunt: ita cum vobis impossibile sit, veritatem a nobis propositam euertere, calumnijs & mendacijs nos grauatis. Et cum nonnulli vestrum vestitu ouium se palliare nouerint: tu tamen plerunque aperta facie incedis, & absque fronte in veritatem peccas. Quod cum in toto libello tuo videre sit, vel hic tam maximè appareat, cum scribis: Me eleuare, remouere, & tandem denegare exemplum Apostolorum, qui non, nisi Synodo legitime congregata, errores sui temporis publicè inualescentes damnarint. Sed rogo, in qua Synodo Paulus Hymenæi & Corinthiorum errorem damnauit? In qua Ioannes Cerinthi & Reliqui Apostoli in toto terrarum orbe, quas nam Synodos errorum damnandorum causa coegerunt? Hic tu pescibus magis mutus es, & tam non erubescis, mendacium à me confutatum repetere. Præterea quis Antidanæum legens, non videt, te profecta calumniandi libidine prurire? Quid enim ridiculae elevationis in hoc est, quod vere scribo: Nostros exemplum Apostolorum secutos esse, in erroribus sui temporis damnandis? Cum enim quidam falsi fratres, adhuc Iudaizantes, Ecclesiam Christianorum, quæ Antiochiae erat, falsa doctrina perturbarent, ipsi non turbatores istos, nec eorum similes Phariseos, Ierosolymis agentes, sed antistites veræ fidei, Apostolos & Presbyteros de hac controvergia

uersia consuluerunt, & ipsorum Decreto paruerunt. Ad eundem plan'e modum, cum vos Cinglian'i synceram do- strinam Ecclesiarum nostrarum fermento errorum con taminaretis: non vos falsarios, sed synceros & primarios Doctores Ecclesiarum nostrarum consulere debuerunt. Quid hic elevationis Danæ? Sed cum nihil ad rem re spondere posse, malitiosos Sophistas imitatus, obiecta il ludis & rudes. Nihil enim molestius tibi est, quam vera scribere, suauissimum autem nugari, calumniari, rect'e diz etia peruertere. Et haec delitiae tuæ hic quoque sunt: Res ipsas transilire, & in circumstantia locorum & numero personarum ludere. Verum controversia de Coena & aliis articulis, non a sex tantum viris, sed a plurimis excellens tibus Theologis præcipuarum Ecclesiarum Germanicæ, definita est. In his tu virum sinceræ doctrinæ, & fidelis sermonis tenacissimum, D. Andream Musculum, non ex pectata Synodi sententia, teterrimum Hæreticum iniuste proclamas, quem tamen nullius hæreses adhuc verbo Dei conuicisti. Quod enim alibi singis, ascensionem Christi ab ipso in disparentiam corporis commutari, calumniam esse, postea ostendetur. Quod vero demonstrare con naris, parem fraudem in nostra doctrina propaganda adhibitam fuisse, quam Ariani in sua hæresi inter Occiden tales Episcopos introducenda, Mediolani seruârint: agitur tu more tuo, id est, θεολογια. Nam nostra doctrina non re cens inuenta, aut de ingenio humano conficta est, ut fraude opus habeat: sed a tempore restitutæ Euangelicæ lucis semper in nostris Ecclesijs sonuit. Cum autem fraude ves trorum hominum in quibusdam Ecclesijs obscurari coepisset, libro Concordiæ declarata & illustrata est. In quo negocio nihil ad imitationem vestri fraudulenter & sub

Pag. 131.

dole, sed omnia sincerè & aperte à Principib. & Theologis nostris gesta sunt. Sed inquis: ut illi (Ariani) τὸ ἄντομον οὐ περιέργη, et propterea ὁ μοσχόποντα reiecerunt: ita et vos. At Patres τὸ γένος scripturæ non negarunt, sicut vos: & quemadmodum illi τὸ ὁμοστοποντα inveniunt ad fraudes Arianorum detegendas: ita & nostri substantiam præsentiam corporis Christi in Cœna, ex verbis institutionis asserunt, ut vestros dos los de præsentia corporis Christi patefaciant. Et quemadmodum Ariani pro ὅλαις & ὁμοστοποντα vocabulis, vocem similitudinis fidei formulæ inseruerunt (ut testatur Theodoretus lib. 2. cap. 21.) Ita vos pro essentia corporis figuram, typum & similitudinem eius, nobis in sacra Cœna responditis. Deinde insimulas nostros, quasi priuatim à quisbusdam sibi notis subscriptiones corrogariint, quemadmodum olim Ariani à suis. Sed erras, si non mentiris, Danae. Nam nihil priuatim, nihil furtim, (ut vos apud nostros agere soletis) sed omnia publicè in templis & curijs à legatis Principum & Rerum pub. gesta sunt. Quod autem Illustrissimi Electores fraudulentos & perfidos quosdam Doctores elecerunt, fecerunt id exemplo piorum Imperatorum, nec non diuino & humano iure, quod lupos ab ouili arcere minimè vetat. Porro quid mihi facilius, quam verè demonstrare, Calvinismum ea fraude in Germaniam inuestitū esse, qua Arianismus in Occidentem? Quemad-

Pag. 132.

Sozomen. lib. 6. cap. 23.

admodum enim Auxentius Mediolanensis Episcopus (cum totus Occidens in doctrina sincera consentiret) vñā cum alijs quibusdam moliri res nouas, & contra communem Episcoporum Occidentis consensum doctrinam Arianam defendere in animum induxit: ita cum Ecclesiæ Germaniae reformatæ in doctrina conuenirent, Carolus dius & Cinglius nouis rebus studere, & contra communem

nem

nem consensum reliquorum Doctorum Germaniae, doctrinam falsam introducere cœperunt. Et ut Ariani, callidi & versuti homines, dolis suis simplices circumuerunt, & in heresi sua introducenda omnia teste & dolose egerunt: ita quoque vestrae factionis socij, Caluinismum subdole in Saxoniam inuehere, & decipere nostros voluerunt. Et quemadmodum illis satis non erat, Orientem doctrinam heretica fascinasse: ita vos non contenti Gallico morbo & lepra blasphemiae vestrae multas Ecclesias infectas esse, etiam am integratatem Germaniae perdere multis iam annis studetis. Præterea, ut Ariani, nouorum dogmatum inuentores, soli sapere sibi videbantur, & Orthodoxos præ se contemnebant: vt etiam illi cuncta mentiti sunt, quia veritatem loqui non potuerunt (referente historia tripartita lib. 1. cap. 14.) eadem superbia, inanis arrogantia, & detestanda vanitas vobis quoque inest, quemadmodum quidam eruditi viri de socijs tuis, & ego nunc de te demonstro. Deinde, ut multi Arianorum sola manu Concilio Nicæno subscripsierunt: ita non raro gregales vestri confessionem Augustanam sola manu sublignarunt, diuersam opinionem animo alentes. Reprehendis postea, quod Synodum Hierosolymitanam vniuersalem fuisse negem. Sed quis, prater te male sanum hominem, hoc affirmare audebit? Licet enim propter authoritatem Apostolicam vim Oecumenici Concilij habuerit: non tamen Oecumenicum (proprie loquendo) fuisse constat, cum nec omnes Apostoli, nec ex omnibus nationibus Episcopi Hierosolymis conuerint. Et quod Apostoli hoc suo exemplo, non immutabilem aliquam legem nobis prescripsierint, per quam non licet errores in Ecclesia grassantes, nisi precedente Synodo, damnate, rationibus probauit, quas tu ne attingere quidem ausus

ausus fuisti, nec etiam hypothesin tuam probare potuisti.
 Quod autem dicam, exemplo hoc nullam nobis normam
 & regulam extirpandi errores præscriptam esse, loqueris
 ut Danæum decet. Impudentius autem hoc, quod sine
 fronte ludis, me tandem hoc exemplum abiçere, & ipsos
 Apostolos inter se committere, quibus tu omnibus in An-
 tiosiandro abunde responderis. Omnipotè persuadeor, Da-
 næum vesania laborare, quod mendacium hoc impudens,
 in Antidanæo explosum, hic repetere ausus fuerit. Ratio-
 ne porro probabili ostendi, non omnes Apostolos isti Sy-
 nodo adfuisse: quam tu, si potes, veriori refuta. Nam si Sy-
 nodus ista non in secundo ascensi Pauli Hierosolymam
 (cuius meminit ad Galat. 2, & qui in 16. annum Ascensio-
 nis Christi incidere colligitur) habita fuit: necesse est, vi-
 eum secuta sit. Nam paulo post Synodum, Barnabas a
 Paulo seiunctus est: In altero autem ascensi, Paulo adhuc
 comes ac socius laborum fuit. Quia igitur circa annum 16.
 aut etiam post illa Synodus habita fuit, verisimile non est,
 quod tum Apostoli omnes Hierosolymis desederint, quos
 Christus in Mundum vniuersum exire, & Euangelium
 prædicare iusserrat. Hæc cum scribo & quæro, quomodo
 mandato Christi paruerint, si tanto tempore omnes in uno
 loco hæserint, exclamat Danæus, me Apostolos negligen-
 tiae accusare, quod à pīs nequaquam probari possit. Hoc
 scilicet est misero & rationum inopi ad rem respondere.

Ad ea quæ pag. 133. sequuntur, in quibus peruertis, cas-
 lumnaris, & mutilas mea, hoc scias, Electoribus, Principi-
 bus, & ordinibus Imperij non fuisse propositum, Syno-
 dum nationalem cogere, ad quam vesetiam vocari, et pre-
 sentes hæreses damnari omnino necesse fuisse: sed suas
 Ecclesias, quas Augustanae Confessionis vocant (a quibus
 iam

Antidan. p. 113.

A. 15.

Iamdudum vos ipsos propria confessione separasti, & nos
stræ hæreses extra Synodum damnatis) varijs sectis tur-
batas & laceratas sedare, & in unitatem fidei reducere vo-
luerunt: ideoque libro publico & condemnatione erro-
rum docuerunt, quam doctrinam à suis acceptari, & quam
vitari velint, ut omnibus innotesceret, nobis nullam com-
munionem esse cum Pontificia, Caluiniana, Flacciana, &
reliquorum sectariorum confessione: nec etiam ullam con-
cordiam inter nos & ipsos sperandam esse, qu' amdiu erro-
res suostueri perrexerint. Quid igitur peccarunt Illustrissi-
mi & sapientissimi Germaniae Electores & Principes,
qu' o'd vosturbatores Ecclesiarum nostrarum, ad pacem il-
larum constituendam non vocarint? Homines videlicet
 $\pi\alpha\lambda\upsilon\pi\rho\gamma\mu\nu\alpha\epsilon$, quibus satis non est, Ecclesijs suæ fidei &
curæ commissis incommodare, nisi etiam alienis negotijs
se ingerant, & Ecclesijs, à quibus se dudum separarunt, dis-
trahant & turbent. Et vt intelligas quid velim, repeto &
inculco, Illustrissimos Electores & ordines Imperij, Ec-
clesiarum suarum curam agentes, sinceram confessionem
Carolo V. Augustæ exhibitam, repeti & declarari, con-
trarios vero errores, qui aliquot annos Ecclesijs Saxonis-
cas labefactauerant, improbari et damnari voluisse, vt om-
nes & singuli, quid in doctrina sequendum, quid fugien-
dum sit, scirent. Et, si vobis liberum & licitum putastis, ve-
stras Ecclesijs & Scholas absque consilio & auxilio nos-
trorum constituere, nostrosque homines ab officio docen-
di remouere, & vestros in ipsorum cathedralm collocare:
nec tum conuocatis Synodum, aut nostrorum consen-
sum expectastis: quis non sentiret, Illustrissimis Germaniæ
ordinibus hoc quoque iuris & potestatis esse, vt possint sa-
luti Ecclesiarum suarum sine vobis consulere? Et quæ lex

aut necessitas ipsos cogit, ut non, nisi nobis turbatoribus
 consentientibus, Ecclesiæ & Scholas sibi subiectas refor-
 mare debeant? Quæ etiam res iniquior esse potest, quām
 præter damnum à vobis illatum, Germaniæ ordines in ius-
 re suo interpellare velle, quasi nec possint nec debeant Ec-
 clesiæ, suæ ditioni subiectas, absque consensu Sectariorum
 constitutere? cūm ipsi sine nobis, & sine Synodo, quiduis
 in Ecclesijs & Scholis suis pro libitu agant, nostros ejus-
 ant, doctrinamque nostram damnent, & tamen idem no-
 stris non licere putent. Et quid magis ἀποστόλου, quām
 vos dissensionum nostrarum auctores & altores, ad negoti-
 cium Concordiæ in Ecclesijs nostris conficiendum voca-
 re? An tu incendiarios, & oleum camino addentes, ad re-
 stinguendum incendium admittendos censes, aut ipsos
 hoc negotium serio acturos esse, credis? Exemplis Pro-
 phetarum, Apostolorum, & piæ antiquitatis, in Antidan,
 ostendi, posse errores cognosci, de ihs disquiri, & legitimè
 ex verbo Dei dñari, etiamsi nulla Synodus, in qua errorū
 patroni præsentes audiantur, cogatur. An non Paulus ab-
 sens, et extra Synodi conuentum, Corinthiorum errorem,
 & Galatarum seductores damnauit? Et cūm tibi obie-
 ctum esset, plurimos errores in veteri Ecclesia citra Synodi
 decretum damnatos esse, tu alto silentio illum scopulum
 præteris, ne tua cariosa nauicula naufragium facias. Quæ
 cūm ita se habeant: tu tamen de omnis ætatis & Christiæ
 næ Ecclesiæ perpetua praxi impudenter garris. Et si om-
 nino Illustrissimis Germaniæ Ordinibus non licere putas,
 vt in Ecclesijs & Scholis suis pacem constituant, doctrin-
 am, quam sequantur, ex verbo Dei ipsis prescribant, con-
 trarios errores damnent, falsos quoque Doctores ejiciant,
 nisi ex Anglia, Gallia, Scotia, Germania, prius sectarios
 cons

conuocent, & præsentes audiant: cur vos hanc rationem,
 quam solam legitimam putas, in vestiarum Ecclesiarum et
 Scholarum Reformatione, non obseruastis? Cur non Pa-
 pistas ex Italia, Gallia, Hispania, Anglia, Polonia, prius ci-
 taстis, & præsentes audiuitis, quam dogma ipsorum in Ec-
 clesiis vestris dānaretis? Et cum ex Palatinatu & alijs ditio-
 nibus & vrbibus nostros Doctores exturbaretis, an sem-
 per præcessit legitima Synodus, in qua nostri Theologi ex
 Saxonia, Misnia, Suevia, & ciuitatibus Imperialibus con-
 uocati, præsentes audirentur, & legitima disquisitio de do-
 ctrina nostra vera per Iudices Orthodoxos prius fieret,
 quam à vobis iniuste damnaretur? An non in scriptis ve-
 stris multarum hæreseon damnamur? Quam ergo Sy-
 nodum congregasti, in qua nos vocatos, auditos, conui-
 ctos, monitos, illarum damnastis? Insanis igitur, aut stu-
 te agis Danae, quod ea reprehendis, que vos in alios licen-
 ter usurpatis. Et, ut dixi, in hoc Concordiae negotio Prin-
 cipum nostrorum institutum non fuit, velstrum Augiæ
 stabulum repurgare, sed tantum Ecclesias suæ curæ com-
 missas (a quibus vos iam olim secessionem fecistis) in pri-
 mis ad fontes sacrarum literarum, tum etiam ad confessio-
 nem Augustanam deducere, quemadmodum illi ipsi in
 Præfatione sui libri profitentur. Et ad hoc negotium Con-
 sciendum, nec Papistarum, nec Caluinistarum, nec reli-
 quorum fanaticorum, quorum errores damnarunt, præ-
 sentia opus fuit, cum horum omnium libri, per plures iam
 annos editi, de ipsorum erroribus & blasphemij testentur.
 Quare te nullius pudoris hominem esse, omnes vident,
 quod subinde clamas, vos inauditos condemnari, & æquū
 esse, ut reliqua omnes, Ecclesiae quæ in libro Concordiae Pag. 133.
 dominantur, prius quoque audiantur. Verum sæpe iam dis-

xi & repeto, Concordiae librum nullas Ecclesiastis Defendare, sed errores Papistarum, Caluinistarum & reliquorum Sectariorum rei scere, nec eos incognitos, sed ex libris & sermonibus vestris exploratissimos: & simul ex Scriptura & Patribus Orthodoxis confirmare, doctrinam nostram de Coena Domini et Maiestate Christi hominis non nouum, non inauditum dogma esse. Hoc si tuæ ratione minus arrideret, pro eo Arianismum & Mahometismum, & Caluinismo non contentus es, amplectere.

Sed videte constantiam hominis. Contendit in Ecclesia nullum dogma damnandum esse, nisi prius legitima Synodus congregetur, in qua accusati citentur & audiantur: et tamen non vult admitti Papistas in Synodum, quam postulat. Quam vero ob causam? An quia iam ante in Syndodo a Caluinistis audit, citati, & damnati sunt? Non opinor, sed inquit: quia nostri & vestri hostes, immo ipsius verbi Dei depravatores sunt. Quod si hec causa sufficiens est, tua etiam confessione, recte fecerunt Illustrissimi Germaniae ordines, quod in repetitione confessionis suæ, & in declaracione errorum, vos tanquam hostes nostros & depravatores verbi Dei non admirerunt. Nam ut illi officio Christi Saluatoris derogant: ita vos idem per vestram doctrinam erroneam de persona Christi eneruatis. Sed hoc est quod Augustinus inquit: Istorum superbia, quæ se extollit ad uersus Deum & Christum eius, hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos solos, non autem propter miseros Papicos, Flaccianos, Synergistas, &c. Synodus congregetur. Verum hac congregratione opus non est.

Pag. 134. Inquit enim Danæus: Quædam dogmata esse iam olim ab Orthodoxis Synodis profligata, pro quibus extirpandis nulla alia generalis, immo sæpe ne particularis colligenda sit:

quæ

quædam etiam ita manifeste impia esse , vt qui illa statim non condemnet , fundamentum ipsum fidei , & articulos ipsos Apostolicos tollat & neget . Talia,Danæe,sunt do-
gmata vestra : quæ partim iam olim ab Orthodoxis Syno-
dis damnata sunt . Vt , Concilium Chalcedonense statuit ,
vtranque naturam Christi agere cum communicatione
alterius; vos autem naturas in Christo diuis'e , non per *noi-*
vixi p agere , blasphematis . Quintum Concilium Oecu-
menicum definiuit: *Si quis non vna adoratne , Deum Verbum*
incarnatum CVM EIVS CARNE AD O R E T ,
iuxta quod sanctæ Dei Ecclesiæ ab initio traditum est , talis ana-
thema sit . Sed Danæus inquit , Maledictum esse , Idololat-
riæ esse , qui Christum , quâ homo est , vna cum Verbo ad-
oratione adorat . Quædam etiam vestra ita manifeste im-
pia sunt , vt qui illa non statim condemnet , fundamentum
fidei tollat & neget . Quale hoc est de adoratione Christi
hominis . Item , Panem & vinum sacræ Coenæ , esse tan-
tum signa absentis corporis & sanguinis Christi : cùm tas-
men Christus panem porrigens , dicat: Accipite , comedite :
Hoc est corpus meum , quod pro vobis traditur . Quæ
verba , fundamentum fidei nostræ de præsentia corporis
Christi in Coena , sunt . Item , Naturæ Christi humanæ
*nullâ realem *noi**vixi p* esse cum Omnipotentia diuina: &*
Naturam humanam non plus contulisse ad efficienda mis-
*tracula , quâm virgam Moysis . Horum & similium dog-
matum impiorum causa , Illustrissimi Germaniæ Ordin-
nes particulares Synodos collegerunt , vt illa ex Ecclesijs
suis extirparent . Nec tu vnquam nisi futilibus rationibus*
probare conatus es , doctrinam de Maiestate Christi ho-
minis , quam Ubiquitatem vocas , esse nouum dogma , &
euertere fidei Christianæ articulos , quas tuas rationes in

Antidanæo euidenter confutauit, & nostram doctrinam Scripturæ & Patrum testimonijs ita muniui, vt nihil eorum expugnare potueris. Eodem modo, quod omnia ea, quæ Danæus ex verbo Dei & veteris Ecclesiæ vsu, ad sua opinionis confirmationem (errores non nisi præcedente Concilio damnandos esse) attulit, à pagina 112. & aliquot sequentibus, penitus euerterim, vt etiam responsionem ipsius effugerint, penes iudicium eruditii lectoris esto. Et

Pag. 134. cùm nunquam senserim, sine legitima cognitione Ecclesiam, vel ullum dogma pro hæresi damnandum esse: tamen hic homo mihi istud imputare audet. Non autem alia am legitimam cognitionem esse, quām cùm in Synodo omnes partes, hæreses accusatae, audiuntur præsentes: tu quamvis in Antiosandro pro hac hypothesi multum sua daueris, nulla tamen ratione confirmare illam potuisti: sed hac ipsa iniustitia inscius accusas Patres Orthodoxos & Apostolos, qui plurimos errores sui seculi, extra cognitio nem Synodi, & eos quoque, quos ipsi præsentes non audierunt, legitimè damnarunt.

Sed considerate, obsecro, quæ hæc noua & hucusque inaudita celebrandi Synodus ratio sit, à Danæo modo insuenta, cùm scribit: *Hanc demum esse legitimam & Ecclesiastici cam cognitionem, cùm partes omnes hæreses accusatae, non tantum ab aduersariis præsentes audiuntur, sed etiam ab Ecclesiasticis viris, qui veriusque partis consensu, si fieri possit, delegantur & sedent, ut postquam hi viri Ecclesiastici vrasque partes coram audirint, ipsi ex Dei verbo statuant & definiant.* Contendit hucusque Danæus, eum ordinem & viam in damnandis erroribus sequendum esse, quem pia antiquitas obseruavit. Dispicite autem, an pia antiquitas in causa Religionis talenti Synodum vñquam celebrarit: An, videlicet, in vlla vniuersali

uersali Synodo (qualem Danæus hic requirit) præter aduersarios haereses accusatorum, id est, præter Orthodoxos, etiam alij Ecclesiastici viri, non aduersarij Hæreticos rum, fuderint: & postquam Hæreticos & Orthodoxos audiuerunt, ipsi scilicet, non aduersarij Hæreticorum, ex verbo Dei definiuerint. Quia vero Orthodoxi Patres hanc cognitionem errorum nunquam obseruârunt, sequitur ex Danæi hypothesi, ipsos illegitimè damnasse Hæreticos. Nam Orthodoxi Patres, & aduersarij, & accusatores, & iudices Hæreticorum fuerunt, nec alias delegerunt non aduersarios Hæreticorum, qui Hæreticos & Orthodoxos audiuerint, & postea controuersiam definierint. Et quia Danæus Calvinismi dijudicandi causa, vult vniuersalem Synodus congregandam esse: quæro qui illi Ecclesiastici viri, non aduersarij vestri, id est, haereses accusatorum, esse possint? Si vestri aduersarij non sunt: erunt aut Calvinistæ, qui nostro consensu non iudicabunt: aut erunt neus Pag. 133, prætotam Ecclesiam Christianā his duabus partibus complexus es, ita ut etiam Papistas, fideles $\tau\mu\alpha\sigma\tau\alpha$, tuos in oppugnanda Maiestate Christi excluderis. Qui ego erunt illi Ecclesiastici viri, qui vrasque partes audiant, & ex verbo Dei statuant? Non puto, quod nobis Anabaptistas, Suenckfeldianos, & nouos Antitrinitarios latus sis iudicес, licet in quibusdam vobiscum faciant. Præter hos, reliqui sunt Epicuræi, qui nullam Religionem curant, & ab omni præiudicio & affecti liberi sunt: hi, tua fortasse opinione, perquām optimè ex verbo Dei hanc nostram controuersiam definire potuerunt? Agnoscitis, opinor, sapientiam istius hominis: qui cum prius fortassis Rabulam egerit: nunc nomen Theologi & Ministri verbi sibi vendicans,

dicans, consuetudinem in foro receptam, Ecclesiæ quoque Christi, contra totius antiquitatis morem, obtrudere tentat: ut homines, videlicet, neutrales, non aduersarij hæres seos accusatorum, in causa Religionis sedeant & iudicent. Sed hanc prudentiam iuridicalem nemo in ipso miretur. Nam & aliud quoddam not Rabularum foeliciter imitatur, ut cum respondere non potest, strenue & impudenter calumnietur. Dicit, nos omnes Ecclesiæ damnare, ideo necesse

Pag. 135. esse, ut omnes audiantur. Cur nullas Ecclesiæ totas, nec Pontificias, nec Caluinianas damnamus in Antidan, & in hac Apologia dictum est. At vestros errores & blasphemias, quas quotidie in tuis & tuorum libris legimus, de quibus etiam nostri vestros in colloquijs coram audiuerunt, damnamus. Et hoc tempore Principibus nostris, ad pacem Ecclesiæ suæ ditioni subiectis reddendam, vestra præsencia opus non fuit. Nam exemplum Ecclesiæ Antiochenæ secuti, cum in nostris Ecclesiæ, quæ Augustanam (non Caluinistarum) confessionem profitentur, disceptatio de quibusdam articulis orta esset: Illustriss. Electores & Principes, huius confessionis consortes, harum controuersiarum iudicium non ijs, qui has controuersias fouent & augsent (quemadmodum nec Antiocheni Pharisæis seductoribus) sed suæ sinceræ confessionis præcipuis Theologis commiserunt, qui conuenientes, ut de hoc negocio dispercerent, dissensiones Ecclesiarum nostrarum ex verbo Dei disjudicârunt, & iudicium hoc certo libro complexi sunt, quem in omnibus Ecclesiæ nostris publicârunt, quemadmodum Apostoli sententiam suam Ecclesiæ Antiochenæ (in qua dissidium ortum erat) per Epistolam significârunt. Vbi autem non tantum nostrarum Ecclesiæ sum, sed de consilio & mandato Imperatoris, Regum, Principum,

cipum & ordinum totius Christiani orbis, vniuersalis Sy-
nodus cogetur, æquum erit, vt vos, tanquam omnium do-
ctissimi, primi sedeatis, & pro vestro supercilio omnes re-
liquas Ecclesiæ, quæ vestras blasphemias execrantur, das-
metis. Aut si nobis iniquum videbitur, vt homines in
veritate m. potentiam, & Maiestatem Christi hominis bla-
sphemi nos Orthodoxos iudicent, quos tu nobis viros Ec-
clesiasticos dabis, qui nec Calviniani, nec Lutherani, (vti
vulgò nominantur) controuersiam dirimant: Vides Da-
næ, mihi nullum scopulum, sed inanes bullas abs te obie-
etas esse, quas spiritu verarum rationum dissoluere et frans-
gere facile mihi fuerit. Quam multa autem tu, à pag. 110.
Antidan. ad pag. vsque 124. tacite præterieris, & tanquam
à scopulis, qui tuam opinionem confringam, resilieris, eris
diti iudicabunt. Postea minimè calumnior, sed quid ex
sententia tua sequatur, ostendo. Nam dum subinde Super-
intendentis titulum tu homo elatus vellicas, & nomine
superbiæ in Antios. traducis: dico te ipsum Apostolum
Paulum reprehendere, qui nomen hoc certo Ecclesiæ mi-
nistrorum ordini dederit. Hunc enim Maiores nostri sea-
cuti, ordinis & ædificationis Ecclesiæ causa, quosdam Su-
perintendentes, id est, non tantum gregis, sed etiam minis-
trorum verbi inspectores esse voluerunt. Vbi tu non tan-
tum aperte calumniaris, sed etiam malitiosa criminaris, Pag. 135. & 136.
scribens: Tyrannidem à nostris, quos Superintendentes
vocemus, in suos collegas hoc nomine & furco usurpari.
At te Consistoria Ecclesiæ nostrarum calumniæ con-
vincere possunt, quæ ius cuique fideliter administrant, nec
ullius in alium tyrannidem ferunt. Sed hanc atrocem &
impudentem contumeliam, mendacio non minus impu-
denti confirmare nititur, addens: *Vnum tantum in quaq; Prin-*

cipis Christiani ditione occupare & inuadere id, quod Paulus omnibus pastoribus commune esse voluerit. Situ, Danæe, voluisse, opinor, quod etiam Genevæ ex hominibus Germanis cognoscere potuisses, in quaque Principis Christiani ditione plures Superintendentes esse, qui ipsi munus hoc non occupant vel inuadunt, sed à legitimo Magistratu ad hoc subeundum plerique inuiti, vtpote laborum plenum, ordinantur.

Pag. 136. Porro non tantum sex viros & Superintendentes nostros, sed alios quoque plurimos eruditos Theologos, vestram blasphemam doctrinam ex verbo Dei condemnasse, liber Concordiaæ toti Mundo loquitur; in quo evidentibus Scripturæ testimonijis nostram confessionem confirmarunt, vestram autem improbarunt & reiecerunt. Et ego in Antidan. non tantum unum apicem, sed ea minima ex Scriptura & Patribus pro nostra doctrina attuli, quæ tu stramineis tuis telis in æternum non subuertes: quæ nunc etiam in responsione tua yix leuiter attigisti, ne omnem apparatum uno congressu perderes. Et hic tu iterum aliquot paginas Antidan. 125. 126. 129. & partem 130. præteris, quo opinionis tuæ naufragium deuites. In his enim contra tuam manifeste falsam hypothesin (nullius erroris damnationem citra Synodus fieri debere) evidenter doceo, plurimos errores a Patribus & Apostolis absq[ue] Conciliij decreto damnatos esse, & adhuc hodie legitimate damnari posse. Hoc tu principale transiliens, arripis quod scripsi: Non omnes haereses Conciliorum remedio sublas tas esse: & calumniaris, me inde concludere: frustra a Caluinistis hoc remedium queri, quod sit futurum inutile: hocque figmento tuo aliquantis per in Ubiquitatem ludis, ne tergum dedisse, aut nihil respondisse videaris. Verum Conciliorum utilitatem nunquam negavi, imo eodem in loco prædico, quod prosint Ecclesijs, ne vel pestifera doctrinæ

Errinā inficiantur, vel infectæ sanentur: sed hoc conten-
 do, errores quoque citra generalis Synodi congressum le-
 gitimè damnari posse. Et Principes nostros laudabiliter fes-
 tisse, quod confessionem suam repeti & declarari, eosque
 errores, qui nostras Ecclesiæ distraxerant, per suos Theo-
 logos damnati & reiſci voluerint. Ad hoc, ut dixi, perfis-
 ciendum, non opus fuit vos coram audire, cum libri ve-
 stri de vestris erroribus, quibus scatent, abunde nobis fis-
 dem faciant. Et nobis nunc satis est, isto remedio Caluinis-
 mum & alias fanaticas opiniones profligatas, & sinceræ
 doctrinæ pacem Ecclesijs nostris redditam esse. Quod si
 nostrorum Theologorum iudicium acceptare nolis, Ius-
 dæos vel Turcas, si libet, tibi deligas, qui coram tota Eccles-
 ia vestra pro Caluinismo pronuncient, & nostram dos-
 strinam damnent. De Anabaptistis, Seruetanis & alijs
 cum scribis, illos prius auditos, quām ex Ecclesia expelle-
 rentur, ac damnatos à quanto maximo cœtu pro illo tem-
 pore haberí potuerit: scias, nullum vñquam Caluinistam à
 nostro Magistratu eiectum esse, quām prius audiretur, &
 obstinate in suo errore perstaret, vt putida hæc calumnia
 sit, quām sœpè inculcas, nos ex Ecclesia inauditos expelle-
 re. Deinde & Caluinismus vester vñà cum alijs erroribus,
 ijs in cœtibus piorum Theologorum, qui pro temporis ra-
 tione haberí potuerunt, damnatus est. Demum & ijerro-
 res in vobis & vestris librīs deprehensi sunt, qui partim
 iam pridem in Synodis Oecumenicis anathematizati: par-
 tim ita manifeste impij sunt, vt vbi cunque à pijs auditи fues-
 tint, statim improbari & damnari, non expectato Synodi
 conuentu, mereantur. Non igitur tergiuersor, nec rerum
 à vobis gestarum me imperitum esse ostendo, nec mentis-
 or, cum pag. Antidan. 143. scribo: In nostris Ecclesijs cum

Pag. 138. vestrae factionis hominibus hac ratione agi, ut cum furtim more Anabaptistarum irreplisse, & suum venenum (quod ad tempus occultare norint) spargere deprehensi fuerint: non, nisi auditos, verbo Dei conuictos, aliquoties monitos, & pertinaciter in errore persistentes, excludi solere. Hæc vera esse, nemo vir bonus inficiari potest. Sed tu ex tua peruersitate me iudicans, hoc insigne mendacium esse dicas, quo iniquam meorum aduersus vos sententiam tueri voluerim. Vtrum vero ea, quæ à pag. 143. Antidan. ad pag. 151. vere scripsi, & rancidas tuas nugas contudi, vel etiam verisimili ratione refutaueris, iudicent lectores.

Cæterum, quod in Osiandi & meis verbis citandis, crebro facere soles, ut ea nimis in alienum sensum cons-

Pag. 139. torqueas, mireas, & perueritas: idem nunc quoq; in verbis Augustini clarissimis experiris. Dicis enim, Augustinum lib. 4. contra duas Epistolas Pelag. probare Synodum, tanquam legitimam rationem euertendi hæreses: Deinde, ubi necessitas exigit, congregandas esse Synodos: Demum, extortas subscriptiones diserte ab Augustino damnari: Ideoque hoc ipso loco Augustini me euerti & refutari. Quis vero non videt, te hinc malignum Sophistam agere. Non enim ex professo & DISERTE hæc tractat Augustinus: sed obscurè tantum ex verbis ipsius colliguntur. Nam Augustino persimilis quæstio cum Hæreticis Pelagianis fuit, quæ nobis hodie vobiscum est: Vtrum, videlicet, liceat, etiam extra congregationem Synodi, falsa do- gma damnare. Ad hanc ipsum, pro nobis contra vos, diserte respondere, verba manifesta docent, & quiuis sanæ mentis videt. Et mihi hoc solum propositum fuit, ut his

Antios. Pag. 63. Augustini verbis euincerem, hanc tuam assertionem: Omnia Patrum consensu & testimonio errores non nisi in Synodis legitime

gitimè damnari posse: falsissimam esse. Inquit enim August. Quasi nulla hæresis aliquando nisi Synodi congregatiōne damnata sit: cūm potius rarissimæ inueniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit: multoque sint atque incomparabiliter plures, quæ vbi extiterunt, illi c' im- probari damnarique meruerunt. Nec ego, cuius Danæus me insimulat, nego, Synodos vniuersales esse legitimam rationem cuertendarum hæresēō, sed hanc vnicam & so- lam esse, nego: & ostendo, errores etiam citra generalis Sy- nodi conuentum legitimē damnari posse, sicut Apostoli, Prophetæ, & Orthodoxi Patres, citra Synodī decretūm, plurimos errores damnarunt. Et Alexander Alexandriæ Episcopus, recte damnauit Arium (quemadmodum quo- que Paulus & Barnabas errorem Iudaizantium) ante con- uocatam Synodum. Nec etiam dispuo, vtrum nostri secu- li controuersiæ vniuersale Concilium exigant: sed probo. nostrorum Theologorum officium fuisse, errores in no- stris Ecclesijs disseminatos, ad exemplum Prophetarum, Apostolorum & Patrum, etiam ante Synodum vniuersa- lem damnare. Non enim de Pelagianis tantum August. inquit, congregatiōne Synodi opus non esse, vt pernicies ipsorum damnetur: sed testatur, incomparabiliter plures hæreses esse, quæ vbi extiterunt, improbari damnari c' me- ruerint. Eodem modo, cum hæreses in nostris Ecclesijs or- ta essent, in ijs queque improbari, damnari, & lupi appa- rentes conteri debuerunt. Nec etiam inficias eo, congre- gandas esse Synodos, vbi id necessitas exigit. Nam & no- stræ Ecclesia: postquam opus fuit, Syncodos egerunt. Ad componendas verò controuersias suas, vt harum auctores & homines extraneos (qui olim iam confessione se à no- stris separauerunt) vocarent, opus fuisse nego. Nam Apo-

stoli nunquam collegerunt Synodum ex Synagogis Pharisaeorum, Scribarum & Sadducæorum, quamvis horum errores damnarent: sed errores in suis Ecclesijs obortos ipsi sine illis dijudicarunt. Quo ipso exemplum nostris reliquerunt, controversias Ecclesiarum suarum etiam sine ipsis, qui eas fouent, dirimendi & tollendi. Et Orthodoxa antiquitas plures hæreses damnavit, licet earum authores aut propugnatores prius in Synodo coram non audiuit. Hęc cum ex Augustini sententia manifesta sint, & ipse cito loco non id agat, ut extortas subscriptiones DISERTUS improbet, sed potius conquerat, Pelagianos calumniari, ab Episcopis extorta esse subscriptionē: non potui non mirari te nugaria sum fuisse, me ab illo ipso loco Augustini eucti, quandoquidem ibi extortae subscriptiones DISERTUS damnentur, quibus pen'e solis confirmatio doctrinæ nostræ constet. Nec etiam animaduertis, te in eiusdem criminis cum Pelagianis reprehensionem incurrere. Nam vi illi mentiebantur, ab Episcopis extortam esse subscriptionem: ita tu imitatus eos, idem de nostris commentaris. Et uti vir grauis est Danaeus, iocatur in librum Concordia, & affert quod maximè ad rem faciebat (forte ut etiam Get manicæ linguae peritiā ostenderet) dicens, Concordia librum ab alijs Stambuch appellari. Hoc licet à vestris per calumniam fiat: simul tamen inscijs prophetant, librum hunc Orthodoxorum esse, à quo omnes Hæretici nostra ætatis exclusi, & in eo legitimè damnati sint.

pag. 140.

Et hīc tu iterum nouum mendacium confingis, me videlicet, ad Turcas, tanquam futuros legitimos nostrarum controversiarum iudices, vos aliquoties remittere. Attantum in pag. 169. ea de re quærito, & ex tua hypothesi concluso, ne Turcas quidem dissidij nostri legitimos iudices esse

esse posse, quandoquidem iam pridem partes nostras præ*et*
 iudicij suis grauârint & pro Calvinismo contra nos pro-
 nunciarint. Quomodo ergo te ad Turcas toties remitto,
 cum nunquam à me fiat? Et ne non festiuus iocularor e-
 ses, dicas me meminisse meæ inter eos conuersationis, &
 fortassis etiam doctrinæ, quam ab illis didicerim. Hic tu me
 non planè intempestiū ē mones, nec non præteritos annos
 in memoriam mihi revocas, in quibus Turcas de Christo
 & de Deo, huiusque palatio, solio, deambulationibus, con-
 fabulationibus cum Angelis, & similibus nugis, pueriliter
 ludentes sape audiui: ut vix ouum ouo similius sit, quām
 cum tu supra pag. 64. de Christo homine scribis: *Ipsum &*
corpus ipsius in cælo ēsse, ut Regem in augustissimæ sui Regni ar-
ce, ampli s. m. d. micilio, palatio, & aula, in quo liberè, si velit, cum
infinitis electorum Angelorum beatorumq. Spirituum in idem cælum
receptorum millibus, SPACIE TVR. Ne tamen cum
 Turcis de Christo & cœlo ineptite videaris, affers dictum
 Apoc. 14. *Sequuntur agnum, quocunque ierit.* Sed miser non
 intelligis, ibi agi de Ecclesia militante in his terris, quod
 Christus constitutus Rex supra montem Sion, Ecclesiam
 sibi colligat ex omnibus populis, quæ Deum recte agnos-
 cent & p̄ se colat. Et ideo Ioannes inquit, se vidisse agnum
 stantem super montem Sion, & cum eo centum quadras
 ginta quatuor millia, habentia nomen Patris eius scripta in
 frontibus suis, id est, qui vera & saluifica agnitione Dei &
 Christi prædicti sint. Et hos inquit sequi agnum, quocunq;
 que iuerit. Quod nihil aliud est, quām Christi Seruatoris
 sui vocem audire, nec Antichristum, bestiam Romanam,
 tanquam alienum sequi, ut ipse Christus Ioh. 10. de ouia
 bus suis testificatur. Sed multo augstiorem conditionem
 Regni cœlestis Scriptura nobis describit, Esaias enim ins. Esa. 64.
 quicq;

Rom. 14.

quit, A seculo non audierunt, necq; auribus perciperunt oculus non vidit (Deus præter te) quæ faciet expectant eum. Et vt Regnū Dei non est cibus & potus: ita nec sensio, statio, deambulatio, expectatio. Hæc enim sunt πάθη corporis animalis, quale corpus Christi amplius non est: sed spirituale, quod nec motu, nec statione, nec deambulatione opus habet. Et ideo Paulus 2. Cor. 5. inquit, Quod si cognouimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius nouimus, id est, Christus in Regno Spirituali & cœlesti non amplius edit, bibit, sedet, stat, ambulat, quemadmodum dura esset nobiscum in forma serui, sed adeo sublimis ipsius conditio nunc est, vt nihil commune aut simile cum vita animali & forma huius seculi habeatur quā etiam intellectus hominis assequi non potest. Quantum non est, vt nobis Christianis cœlum Turicum singas, in quo Christus cum electis Angelis & beatis spiritibus spatiabitur. Hæc enim mundanæ, non cœlestis vitæ conditio est.

Sed reliquum responsionis tuæ videamus. Vnum, alii
pag. 141. Verbum Dei, & pios & Orthodoxos viros, illius intelligentes, tibi iudices ferimus, non Turcas, non Papistas, non ullos Hæreticos. Mira res est, Danæum verbum Dei nisi iudicem ferre, cum hoc ipsum sit, quod vos accusat & damnat. Nam vel vnum verbum Christi: *HOC EST CORPVS MEVVM*, quod pro vobis tradetur: &c. Ecce ergo vobiscum sum, &c. ceu fulmen quoddam omnia figmenta doctrinæ vestræ conterit & funditus euertit. Deinde, quos tu Orthodoxos viros iudices adduces: cum supra Ecclesiam reformatam, in nostros & vestros distribuendo, hicque Papistas & reliquos fanaticos à iudicis officio removendo, non obscure signifies, te præter nostros & ves-

frōs

stros, in numerum Orthodoxorum neminem censere. *Vt* Pag. 137.
 vero tu antea protestatus es, vos, nostros pro iudicibus
 nunquam accepturos esse: ita & nos, controversiarum no-
 strarum iudicium nunquam committemus vestris. Qui
 ergo Orthodoxi illi iudices erunt? Porro calumniae tuæ de
 excavatione sœvitiae Pontificiæ, per condemnationes erro-
 rum à nostris factas, non tantum hoc obieci, quod etiam
 ante Concordiæ libri conscriptionem in vestros sœvie-
 rint, sed alia maioris momenti attuli: quæ quia abs te refu-
 tari non posse vidisti, prætermittens illa, certa quædam ver-
 ba arrodis, & me stupiditatis insimulas, ne procul tacuisse
 videaris. Et cum te magnum quendam Dialecticum esse
 putes, ut etiæ de Elenchis Hereticorum & Sophistarū scri-
 pseris, vix tamen aliud frequentius, quam impudentem So-
 phistam agis. Non inscius, sed malitiosè hic vteris fallaciā
 secundum non causam ut causam, cum nostris Pontificiæ
 tyrannidis exasperationem tribuis. Non enim errores id
 círco damnamus, ut hostes veritatis ad vos persequendum
 sœviores reddamus: sed ut errores à sanis vitentur, & ihs
 infecti, rufus sanentur. Et hæc ex officio facere tenemur,
 nullo respectu externi periculi, quod inde vel nobis, vel
 alijs euenire possit. Vult enim Paulus sanæ doctrinæ con- Tit. 1.
 tradicentes contuisci, & mentium seductoribus os obtura-
 ri, ne alios subuentant. Et ipse doctores falsos anathemati-
 zavit, & errorum causa, Christianos grauissime reprehens-
 dit, licet Gentes illorum infensissimi hostes, hinc ansam ar-
 ripere potuissent, furiosius persecundi Christianos, ut qui
 ipsi in Religione dissentientes, & alijs alios erroris accusan-
 tes, omnes tamen reliquos populos damnare audent. Er-
 go ne secundum tuum iudicium, Paulus condemnatione
 errorum, sœvitiam gentilium in Christianos excavauit? Et

si reuera quod scribis, sentis: miror stuporem tuum, quod
nostros accusando, non animaduertis, te eo ipso, & te ipsum
& tuos reos facere. Scribis enim pag. 128. Singulos pios, qui
sunt in Ecclesijs vestris, nostram Vbiuitatem, ut manifes-
tam hæresin, damnare: Item, quod institueritis nostros co-

Pag. 137. ram tota Ecclesia nefandarum hæresēōn accusare. Ergo &
vos Pontificios ad nos persequendum vestris accusationis
Antiosiād. 175. bus & damnationibus inflammatis: Et cum in Antiochis

Pag. 141. andro te Pappi responsum calumniari ostenderim: non ta-
men te puduit, eandem malitiam secundō profiteri. Non
minus impudens & iniuriosa calumnia est, quod Christias
nos Gallos in medijs cruciatib. & ignibus irrideamus. Imo
duplīci nomine condolemus, & quod Pontificiam tyran-
nidem experiantur, & vestras corruptelas obrudi sibi pa-
tiantur. Nec te multos cruciatus pro nomine Christi sen-
sisse arbitror. Et quidem mori tibi dudum satius fuisse, ne
blasphemij tuis, (quarum Christus homo constitutus ius-
dex certissimus vindex erit) poenas subinde cumulares.
Quid enim horribilius auditu, quam Christo homini, cui
omnis potestas in cœlo & terra data est, cuius pedibus om-
nes creaturæ subiectæ sunt, in cuius nomine etiam, cœles-
tium, terrestrium & inferorum genua flectuntur: admis-
nistrationem regnum eripere: omnem ηοννανην cum dia-
uina Omnipotentia & Majestate detrahere: & eum ma-
ledictum, idololatram, blasphemum, Nestorianum procla-
mare, qui Christum, quem homo est, adorat: Pro his blasphe-
mij, Seruetanis furoribus non magis tolerabilibus, si tu
quoque ignem (quem tamen tibi non opto, sed mentem
saniorē & exitum meliorem precor) sensisses: an hoc
fuisse pro nomine Christi, quem blasphemas, pati? Et ha-
opinor, sunt omnes illæ sanæ, de quibus iste Dei & homis

num subsanctor supra pag. 6. nugatus est, totum meum scriptum nihil aliud esse, quam fannas in ipsum Deum: cum in eo penè nihil aliud agam, quam ut gloriam & Maiestatem Christi hominis contra nefandas Danæi blasphemias afferam. Quæ sequuntur de condemnatione, quia supra copiose Pag. 142. confutata sunt, lubens ea prætereo. Nisi quod contra Danæum mihi docendum est, distinctiones meas de condemnatione in priori libello allatas, nequaquam à loco Deut. 13. euerti. Non enim omnes personas errantes, ab erroribus in condemnationis sententia diuello: sed eos tantum, qui rectius non instituti, imbecillitate iudicij in quibusdam errant, Christo tamen (fundamento salutis) per fidem insistunt. Qui autem haereses, de quibus ex verbo Dei moniti sunt, obstinatè retinent, propugnant, & veritati male dicunt, hos siue Doctores, siue auditores, damnandos esse censemus. Et lex Deut. 13. non loquitur de quo quis errante (quem nulla Scriptura damnat) sed de eo, qui enormi peccato Idolatriæ, contra expressam & toties repetitam Dei legem contaminatus, etiam alios seducere, & ad idem Idolatriæ crimen pellicere studet. Vides igitur, ut loco Deuteronomij me ipsum non euertam, sed potius stabilem & firmem. Deinde, nemo nostrum dixit: personas condemnatas, quæ alios seducunt, & suo veneno inficiunt, sine omni poena relinquendas esse. Nam hæ iusto iudicio, suis sedibus pelluntur. Sed hæc scribo, nos afferendo Calvinismum damnandum esse, nequaquam docere, aut cuiquam authores vel instigatores esse, vt vel de seductis auditoribus, vel de seductoribus Calvinistis supplicium, videlicet, capitum sumat, de quo vobis semper querimonia fuit, nos inflammare rogos, & armare carnifices. Hanc nos læxitiem semper detestatos esse, nostri scriptis et

factis sāpē testati sunt. Et quod dixi, repeto, nullū vñcī as
pud nostros Religionis causa in vitā periculum incurris-
se. Quod autem Peucerum mihi obīcīs, ipsum non Reli-
gionis, sed rerum Politicarum causa diutius in custodia de-
tineri, a fide dignis perhibetur. Et huius seueritatis suā Il-
lustrissimus Elector Saxon. iustas & graues causas redde-
re, cui debet, poterit. Denique te male ominari testamen-
to Brentj, mirum non est. Iam enim re ipsa sentitis, illud
vobis sinceræ Religionis hostibus, funestum, nostris au-
tem Orthodoxis Ecclesijs saluberrimum esse. Caluinis-
mum enim e Scholis & Ecclesijs nostris profligatum esse,
illud non prorsus nulla in causa esse, censem̄ est. Quod
si Domino vīsum fuerit, & oculos vestrorum auditorum
magis ac magis aperuerit, vt vestrās blasphemias cognos-
cere incipient, non solum Germania, sed etiam aliquando
reliquae nationes vestrūm Caluinismum, (quamvis diligenter, ne fiat, prouideatis) viuum sepelient.

Confutatis nuncijs, quib⁹ condemnationem Calui-
nismi & eius patronorum improbare te posse sperasti: re-
deo ad paginam III. Responsoris tuae, à qua ordinis cau-
sa digressus eram, ne crambe tua foetida post aliqua rur-
sum apposita, & quo lectori bis nauseam mouerem. Sed
ecce confessim incido in colluuiem vanitatum tuarum,

Antios. Pág. 18. Cūm enim in Antios, non tantum de primis controuer-
siæ nostræ disceptatoribus, sed etiam de nobis ex ore Stur-
mij scriberes: Vos à nobis minimè damnari posse, ne, cūm
in verbis potius, quām in rebus ipsis vtricq; dissentiamus,
NOS IPSOS eadem condemnatione inuoluamus, qua vos
vestrumq; dogma condemnatus. Nunc aīs, inter primos
quidem controuersiæ huius disceptatores (non autem ins-
ter vos & nos) de verbis potius, quām de rebus certamen
fuisse.

fuisse. Cumq; hoc ipsum falsissimum esse, ex scriptis ipso-
 rum demonstrasse, non tamen te puduit eandem vani-
 tatem repetere, & nouis mendacijs augere. Primum, quod
 Pappus ipse in responsione ad Sturmum id fassus sit. Vbi
 vero Danæe monstra paginam, monstra lineam, monstra
 vnicam dictionem, quæ tuam vanitatem confirmet. De-
 inde non possum satis mirari impudentiam tuam, quod,
 cum ne vna quidem ratione ex scriptis Lutheri, Cinglij,
 & Oecolampadij effatum tuum probaueris: ego vero
 eccl̄ia hoc vanum esse ex scriptis Cinglij, colloquio Mars-
 purgeni, & literis Lutheri (quorum tu nuda mentione
 lectori imponere voluisti) manifeste ostenderim: tamen
 comminisci hic audeas, te ita diserte aperteq; ex eorum
 scriptis demonstrasse, vt ego totum refutationis meæ præ-
 sidium in mera negatione quæsiverim, quia verissimate-
 stimonia abs te prolatæ refutare nullo modo potuerim. Si
 libet, inspiciat æquus lector pag. 31. Antidan. & pag. 18, &
 19. Antios. & Danæum Gallum in singulis his vocibus
 agri? sap agnoscat. Et quis est, qui vel paginam tantum in
 scriptis ipsorum polemiciis legit, quite in veritate pecca-
 re non statim animaduertat. Lutherus enim in omnibus
 scriptis hoc vrget, inculcat, probat, cum pane & vino ab
 omnibus sacra Cœna vtentibus verum substantiale cor-
 pus ore sumi; Cinglius vero & Oecolampadius totum hoc
 negant, & vbiq; contendunt, panem tantum signum, figu-
 ram, significationem & symbolum esse corporis Christi, in
 coelio manentis: de quo vide in Tom. 2. operum Cinglij,
 præter feliqua opuscula, Exegesin negocij Eucharistie ad
 Lutherum: Apologiam ad sermonem Lutheri de substâ-
 tiali corporis & sanguinis Christi in cœna præsentia: Re-
 sponsem ad Lutherum de Sacramento: Responsiones

duas ad Lutheri confessionem maiorem. In quibus singulis contra Lutherum pugnat, corpus & sanguinem Christi a Coena longissime absentia, per panem & vinum figurari, tantum significari & repræsentari. Et hanc eandem fuisse mentem Oecolampadij, ipse fatetur in responso ad confessionem Lutheri de Coena Domini (qui extat Tom. 2. operum Cinglij pag. 480.) scribens: Cæterum primo omnium, quo facilius causa haec vniuersa intelligi ac percipi possit, illud disertis verbis palam confiteor, & non in uitius agnosco, quod haec Christi verba, HOC EST CORPVS MEV M, eo sensu interpretatus sim, ut Christum illud significare voluisse intelligam: HOC EST SIGNVM vel SIGNIFICATIO CORPORIS MEI. Et haec nostra (inquit) sententia Mart. Luthero absurdum nimium & alienum videtur, quasi priuatae rationis libidinem secutus, illud tradiderim, quod non magis cum veritate rei (attende Danæ, & intelliges, Luthero cum Oecolampadio non de verbis potius, quam rebus dissidium fuisse:) conuenire possit, quam si Christum Belial esse dicam. Simul autem sensum hunc (aduerte, inquit sensum non phrasin) nec dare nec posse recipi clamat, &c. Cui nos hoc libello occurrere volentes, primo tropum hunc vslitatum esse ostendimus: secundo, quod idem ille in Christi verbis, Hoc est corpus meum, &c. necessario adhiberi & usurpari debeat, docebimus. Haec Oecolampadius: qui in ista ad Lutherum responsione sape repetit, panem esse signum & figuram corporis, panem repræsentare corpus, in pane contineri imaginem vel significationem corporis Christi, quod in celo & non in terris sit: Item, sacramentalem vunionem (panis & corporis Christi) in significatione consistere: quod panis nos in eius considerationem inducat, quod ideo signifi-

so significatur. Et ideo Philippus in epistola anno 29. ad Oecolampad. scripta, Cinglianis hæc obiicit: Vos, inquit, absentis Christi corpus, tanquam in Tragoëdia repræsentari contenditis. Ego de Christo video extare promissiones, ero vobiscum usq; ad consummationem seculi, & sis miles: vbi nihil opus est diuellere diuinitatem ab humanitate. Ex his Philippi verbis cognoscere potes (si modo turs bulenti affectus iudicium admittunt) quæ fuerit Oecolampadij & Cinglij opinio de S. Coena, nimirum dicitur πασῶν cum doctrina Lutheri pugnans, & quam etiam ipse Philippus improbavit. Verum nō tantum de re & substantia Sacramenti, sed etiam de articulo Ascensionis & Sessionis ad dexteram Dei, de communicatione Idiomatum, de omnipotentia & omnipræsentia Christi hominis, Lutheri cum Cinglio & Oecolampadio acris concertatio fuit: ut neesse sit, Danæum aut nihil legisse in scriptis ipsorum, & de rebus incognitis temere pronunciare: aut si legit, omni iudicio carere: aut quod verisimilius est, contra conscientiæ testimonium falsum hoc testari: de verbis potius, quam de rebus primis illis disceptatoribus certamen fuisse. Hoc enim si verum est, qua conscientia Cinglius Lutheri Marcionis & Eutychetis hæreses imputavit: Sed remittis me ad pag. 52. in qua easdem plane nugasse sine fronte inculcas, n̄s q; aliud non minus impudens commentum addis: Bucerum Vuitræbergæ, & postea Francofurti, concordiam inter OMNES conciliauisse, quæ ab alias storibus quibusdā Vbiquitarijs, velut ab Amsdorffio rupta sit. Sed quomodo hoc probas? vbi signa? vbi subscriptio[n]es Heluetiorum, Gallorum, Anglorum, Belgorum: &c. an non vel sola historia Lauateri te mendacij conuincit, ostendens, Helueticas Ecclesias (cum quibus

per

per Bucerum agebatur) formulam Concordia Vuitenbergensem nequaquam acceptasse. Quomodo ergo Concordiam, quæ multo labore à Bucero quæsita, & nunquam confecta fuit, ab Vbiquistarijs ruptam esse commentarisi. Affers testimonium Vuolffij, hominis planè tui similis, & in mendacijs procudendis dexterimi (sicut de ipso doctissimus vir Ioannes Magistrus copiosè demonstravit.) Verum si apud Germanos synceros & constantes fidem haberi tibi velis, virorum veracium testimonia ut proferas necesse erit. Post multum sermonem Cretensem (errores videlicet à nobis demum additos de Vbiquisite corporis Christi, de effusione Idiomatum Deitatis λόγος in naturam assumptam, de ascensione Christi in euanescentiam commutata: Item, verba vestra nihil insidiarum, nulla semina erroris, nihil à Sacramentis alienum habere, Lutheri vero verba periculosa fuisse, quæ nos in teterimum Vbiquistans errorem tandem induixerint) post hanc, dico, Φειδολογία, subiungis æquè vanum, à Luthero, videlicet, infelici hanc controuersiam, non à Carolstadio suscepitam esse. Sed audi, quid Philippus Germanus Gallo cretizanti vert præcinat, in epistola ad Fridericum Myconium scripta Carolostadius (inquit) PRIMVM excitauit hunc tumultum, homo ferus, sine ingenio, sine doctrina, sine sensu communi, quem nullum vñquam humanitatis officium aut intelligere aut facere animaduertimus, tantum abest ut aliqua significatio in eo Spiritus sancti animaduerfa sit. Imo extant manifesta signa impietatis. In tota doctrina solebat ἀδαιτητικὰ σαστιχεῖα. Damnabat omnes leges ab Ethnici conditas: contendebat, in foro ius ex Mose dicendum esse, non intelligens vim & naturam Christianæ libertatis: Totam illam fanaticam Anabaptistarum doctrinam

nam statim initio τοῦ παμφύλη ἀμπλεκεbatur, cūm cœpiss^{et} eam in Germania serere Nicolaüs Storck. Et controversiā de COENA DOMINI, TANTVM ODOI LV^{theri}, non aliqua pietatis opinione mouit. Etenim cūm θεοφάνεια ipsius à Lutherō improbata esset, cœpit iste, inflammatus immanī cupiditate vindictæ, quærere causam vendibilem, qua Lutheri existimationem prorsus obrueret. Bona pars Germaniæ testari possit, NIHIL me in hac re fingere. Hæc Philippus. Idem confirmat Schleidanus, lib. 3. historiæ suæ. Sed vt ad rem redeamus, legat plus lector summam colloquiū Marpurg. quæ a Philippo conscripta, extat in Tom. 4. operum Lutheri, Ienæ aditorum: inspiciat Lutheri, Cinglij & Oecolampadij polemica scrippta, & statim vanitatem Danaei palpabit: videbit præterea de hisdem quæstionibus, quæ hodie controvèrtuntur, certamen fuisse. Nam quod Danaeus ad epistolas Caluini provocat, in quibus Caluinus ad Philippum & Marbachium scribens, confitetur: *Nos corporis & sanguinis Christi in Cœna participes fieri: & hoc inter nos conuenire, Cœnam Christi non Theatricum esse spectaculum spiritualis alimenti, sed re ipsa dare quod figurat, quia illuc pia animæ carne & sanguine Christi passantur.* Et eadem penè in confessione, cui Bucerus subscripsit, repetit: *Spiritum videlicet Christi nos carnis & sanguinis Domini substantiam verè ad immortalitatem pascere, & eorum participatione vivificare, & hanc carnis & sanguinis sui communionem Christum sub panis & vini symbolis in S. sua Cœna offerre & exhibere omnibus, qui eam ritè celebrant, iuxta legitimum eius institutum.* Hæc & similia meræ præstigia sunt, quibus lectori nebulae offundit, vt sua opinione à nostra vera sensentia parum distare videatur. Sed has delusiones suas ipse Caluinus alijs in locis retegit. Quod enim nobiscum loquens,

L. inquit:

inquit: Christum carnis & sanguinis sui communionem, sub panis & vini symbolis in S. sua Coena exhibere omnibus, qui eam ritè celebrant. His verbis se deludere nos docet in Defensione sanæ doctrinæ de Sacramentis, scribens: *Præsertim verò tollēda est quælibet localis præsentia imaginatio, (vbi impostura notanda, quod substantialem præsentiam putans, non ausus fuit eam nominare, sed pro ea localem reponit, quam & nos negamus.)* Nam cùm significie in mundo sint, oculis cernantur, palpantur manibus: Christus quatenus homo es, non alibi, quām in cœlo, nec aliter, quām mente & fidei intelligentia quaerendus es. Quod cùm Calvinus scribat, quomodo verum est; quod dicit, Cœnam ipsam dare id, quod figurat: Figurat enim panis (teste Oecolam pad. in responsione ad Lutherum) verum & essentiale corpus Christi, quod cùm secundum Calvinum non alibi, quām in cœlo sit, S. Cœna profecto illud dare non poterit. Et sic infatuavit Deus sapientiam huius mundi, & comprehendit sapientes in astutia ipsorum, quoniam nō uit cogitationes ipsorum, quod vanæ sint. Eiusdem veritatis & fidei cum prioribus illud quoq; est, quod Danaeus in Antios. pag. 81. & 82. scribit, Lutherum, Philippem, & Bucerum cum Cinglio, Oecolampadio, Bullingerio & Caluino amicitiam, toto vitæ tempore sanctissime coluisse, & animis coniunctissimos ad extrellum usq; vitæ diem visuisse. In quo cùm Danaeum hyperbole usum, & supra modum veritatem transgressum esse, ostendisset: vanitatis istius ipsum nonnihil puduit: non tamen quod virum ingenium decuisset, fateri eam voluit, sed Lutherum omittens, & totius vitæ amicitiae nullam amplius mentionem faciens, alio mendacio prius illud tegere conatur, dicens, me contendere, nullam fuisse mutuam inter Calvinum, Philip-

Philippum, Bucerum, Capitonem, Oecolampadium &
Viretum amicitiam. Hoc verò nusquam scripsi, sed tuam
hyperbolicam vanitatem de qua modo, confutaui.

Aīs deinde, Philippum in epistola m̄ Pauli ad Colos. vestram sententiam, *de carne Christi in cœlum recepta, & ibi contenta usq; ad diem iudicij, probare & confirmare.* Sed nihil horum in isto commentario, qui anno 41. Basileæ editus est, reperio: verū ea verba lego, quæ nostram sententiam aperte confirmant, & vestram validissimè impugnant & euertunt. Ascendit (inquit) Christus in altum, *"hoc est, glorificatus est, resurrexit, & regnat cum Patre par ei potentia, omnia in omnibus perficiens.* Quibus verbis Philippus ascensionem Christi non infinita distantia locorum, vt vos, definit: sed orthodoxe plane, per resurrectiōnem, glorificationem, & gubernationem omnium rerum illam describit. Ut enim descensus Christi non motum de supero in inferum locum significat, sed imam ipsius humilationem, quod cūm in forma Dei esset, seipsum exinanit, & formam serui sumplerit: ita etiam ascensio Christi supra omnes cœlos, verè & proprie Theologicè loquendo, non significat commutationem loci inferi cum supero, sed summam exaltationem, qua extra conditionem loci supra naturam suam ad dexteram Dei collocatus, pari potestia cum Patre (vt Philippus loquitur, & quod tu cum socijs impieratis tute Eutychianum esse, vociferaris) omnia gubernat, & omnia in omnibus perficit. In cuius exaltationis testimonium ascensio visibilis facta est, docens eā, se nolle amplius modo visibili, locali & naturali secundum conditionem huius mundi, sed supernaturali, diuino & invisibili modo nobiscum versari. Et hæc Philippi verba, vestram sententiam de finita potentia Christi hominis, &

eius in certo cœli loco inclusione confirmare , nemo sanx
mentis dicet . Sicut nec illa , quæ ad Oecolampodium con-
tra vos scribit : *Hanc esse indignam Christianis opinionem , quod
Christus ita quandam cœli partem occupabit , ut in ea tanquam
inclusus carceri sedeat.* Respicit Philippus ad vestrum fig-
mentum , quo Christus , quâ homo est , non alibi , quâm in
certo cœli loco contineatur . Et in libello testimoniorum
Patrum inquit : *Neq; quisquam mihi persuaserit , Augustis
num sic alligate corpus Christi ad vnum locum , vt alibi
esse non possit . Quid enim afferri potest præter rationis
humanæ iudicium , cur Christum includamus in vnum
locum ? Vides , me per occupationes scripta quoq; Philippi
legisse , & ex illis te vanitatis , nec non impietatis in Chri-
stum conuincere . Quod autem Philippus in posteriori
commentario sibijsi non constans , pugnantem cum priori
explicationem affert , nec cum Scriptura , sed ex Philoso-
phia loquens , de Physica locatione corporis Christi spiri-
tualis scribit : ipse viderit , quomodo se Christo excusaturus
sit . Hic enim δύτεραι φαντίδες humanæ minimè oculorum ,
sed prioribus deteriores sunt . De Oecolampadio quod af-
fers , in eo nugas nugaris , siquidem de re , i. substantia S.
Cœnæ nunquam inter ipsum & Lutherum conuenerit .
Nam ille in responsione sua ad Lutherum , corpus Christi
tantum repræsentari , figurari & significari , nunquam au-
tem in Cœna simul dari , contendit . Lutherus verò etiam
cum pane exhiberi , & ore illud sumi , ex verbis institutio-
nis confirmat : & disputationem de modo , quo illud fiat ,
nunquam admisit : sicut non tantum ipsius scripta , sed etiā
Bucerus de ipso in epistola ad Comandrum testatur . Nec
vnquam Lutherus sensit , corpus Christi in Cœna adesse
modo corporali . i. crasso , Physico , & locali , sed diuino &
super-*

supernaturali, quem diuinæ sapientiæ & potentiæ com-
misit, nec de eo inquirere voluit. Opinio vero tua de spiri-
tuali præsentia carnis Christi in Cœna (quæ per fidem si-
at) Rationis humanæ figmentum est. Nam iuxta tuam &
tuorum phantasiam, corpus Christi in coelo manens usque
ad diem iudicij, nobis in Cœna non sit præsens, sed fides in
coelum ascendens, corpori Christi, a nobis longissime ab-
senti, appropinquat. Sic enim Caluinus tuus scribit in 1.
Cor. ii. cap. ut capaces huius communionis simus, assur-
gere in coelum nos oportet. Et tu pag. 200. inquis, fidem
corpus Christi in coelo & querere, & re ipsa apprehen-
dere. Quæ tua sententia Sacramento Cœnæ nequaquam
consentanea est. Inquit enim Christus: Accipite, comedis-
te. Hoe (quod accipitis & comeditis) est corpus meum. Et
Paulus ait: Panis quem frangimus, id est, quem distribui-
mus, non ne communicatio corporis Christi est: Caluinus
autem tuus à Cœna (in cuius Institutione certū verbum
de præsentia & communicatione corporis Christi extat)
in coelum vos alegat, de quo nullum verbum habemus,
quod ibi tantum, & non etiam in Cœna corpus querere et
apprehendere debeamus. Ex quibus etiam meridiana lu-
ce clarius est, Luthero & Oecolampadio non tantum dis-
versas phrases, sed etiam pugnantes sententias fuisse, nec
ipsis de substantia Sacramenti conuenisse vñquam. Præ-
terea Lutherum Christi hominis vbiique præsentiam pro-
basse, nusquam Osiander negat, nec ipse quoque eam ullo
in loco rejecit: vt non immerito querar de vertigine tua,
quod cum in priori libello dicas, Osiandrum in postrema In fine Annos.
scripti parte aperte defendisse Vbiquitatem: nunc scri-
bas, eum in fine Antisturmij illam vt auem infaustam a se
suisque ædibus abigere. Meminisse te veteris illius conue-
niebat: Mendacem oportere esse memorem.

A' nobis ascensionem Christi visibilem in euangelio
tiam in nubibus & aere mutari, manifesta columnia est.
Credimus enim & profitemur, Christum visibili modo de-
terra in cœlum assumptum esse, non autem in certo cœlum
loco ita contineri, ut alibi esse non possit: sed ascendisse su-
pra omnes cœlos, et collocatum esse ad dexteram Dei, non
ut vni tantum loco præsens esset, quemadmodum in ter-
ris naturaliter agens, fuit, sed ut iam inuisibili, illocali, & di-
uino modo in dextera Dei omnia impleret. Et quod tu fin-
gis, nullo modo ex nostra sententia sequi necesse est, quan-
doquidem Omnipræsentiam Christi hominis, nulla ratio-
ne loci aut diffusionis per omnia locorum spacia definia-
mus: sed quod modo diuino, ~~etias~~ & tunc, supra & extra om-
nem conditionem loci, omnibus rebus in & cum dextera
Dei præsens sit. Quod vero ad hanc columniam theses
Musculi allegas: haec ipsius mens & sententia (ut etiam
Lutheri & omnium nostrorum) est: Christo non opus fu-
se longa profectione, vel alto ascensi, ut ad patrem suum
veniret. Latroni enim, morti iam vicinus, etiam ante ascen-
sionem visibilem, inquit: Hodie mecum eris in Paradiso, ubi
procul dubio pater quoque est. Et discipulis ait: Exiit a
Patre & veni in Mundum. Iterum relinquo Mundum &
vado ad Patrem. Ut autem Christus non ratione interualli
locorum à Patre exiuit: ita etiam ratione interualli ad ipsum
non iuit, nisi stulte imaginari tibi velis, Deum Patrem in
Mundo non esse: de quo Paulus inquit: Deus qui fecit
Mundum & omnia quæ in eo sunt, non longe abest ab u-
no quoque nostrum. In ipso enim vivimus, mouemur, &
sumus. Et in Propheta Ieremia inquit Dominus: Numquid
non cœlum & terram ego impleo? Et Christus Philippo
ait: Non credis, quod ego in Patre, & Pater in me est? Non
ergo

Acto. 17.

Ioan. 14.

ergo causa loci mutationis Christus ad Patrem venit : sed loquitur de conuersatione & conditione mundana, quam assumens, in Mundum venisse dicitur. Et eandem rursum deponens, ad Patrem, non loci (à nullo enim loco Pater aut Christus abest) sed conditionis mutatione, vadere se dicit. Quod autem Musculus historiam ascensionis vnaquam negauerit, ex scriptis ipsius minimè liquere arbitror.

Cæterum vos Christo homini Maiestatem suam non tribuere, ex hac ipsa confessione tua, & multis alijs locis De Maiestate Christi hominis, quam appareat. Affirmatis enim Christum, qu'à homo est, non alijs biquam in celo esse, & quidem certo cœli loco ita contingeri & circumscribi, ut alibi esse non possit. Contra Scriptura docet: Christum ascendisse supra omnes caelos, non vt definitum cœli spaciū occuparet, vel a certo cœli loco contineretur, sed vt in dextera Dei omnia adhuc atque impleret. Cumque vostemerè affirmetis, Christum à cœlo capi usque ad diem iudicij, ipse inquit: Ecce ego (Christus homo, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra) vos boscum sum usque ad consummationem seculi. Paulus testatur Ephes. 1. omnia ipsius pedibus subiecta esse, & ipsum ad dexteram Dei collocatum, omnia in omnibus implere. Ex quo necessario sequitur, ipsum cœlo non ita contineri, ut alibi esse non possit, alioquin ipse locorum spacio subiectus, non omnia impleret, nec suæ Ecclesiæ adesset. Lucas vero, Actor. 23. testatur, Dominum Paulo Hierosolymæ in castris astitisse, eumque consolatum esse. Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 32. inquit: Christum IMPARTIBILITER atque INTEGRE IN OMNIBVS ESSE, CVM VNVS VBIQUE SIT, NULLO MODO DIVISVS. Oecumenius in 4. cap. ad Ephes. scribit: Ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia. Et quidem nuda dignitate olim omnia

omnia implebat: incarnatus autem descendit & ascendit
ut vna cum carne impleret omnia.

Deinde, quamvis ore fateamini, Christum hominem
ad Patris omnipotentis dextram sedere, re ipsa tamen eum
dextera Dei deturbatis. Nam cum ad dextram Dei sede-
re nihil aliud sit, quam ad diuinam Maiestatem & potentiam,
supra omnem principatum ac potestatem, & potentiam &
dominium exaltatum esse, omnia pedibus subiecta
habere, omnia implere, omnibus creaturis vbiique dona-
nari (quae gloria infinita Dei Maiestas est:) vos tamen con-
tenditis, Christum hominem tantum finitam gloriam, quam
Antios. Pag. 101. taque ipsi necessaria est, id est, tantum creatis, finitis & ha-
bitualibus donis exornatum esse: nullo autem modo Filiu-
m Dei naturæ assumptæ suam diuinam Maiestatem &
gloriam realiter communicasse. Contrà Scriptura docet
Christum, quatenus homo est, ad dextram Dei exaltatum
diuina Maiestate & potentia τὸ ἀόγυς donatum esse. Ipse
enim inquit: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in
terra: quae omnis potestas in omnes creature, non finita
sed Dei infinita potestas est. Et qui omnem potestatem va-
biq[ue] habet, hic etiam de vbiique præsentia sua inquit: Ecce
ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumma-
tionem seculi. Et Christus, ut homo, infinitam & diuinam
gloriam a Patre suo petit, orans: Glorifica me tu Pater ea
gloria, quam habui priusquam hic mundus esset apud te.
De hac etiam diuina Maiestate, quam Christus homo ac-
cepit, et eam in dextera Dei constitutus usurpat, multa clas-
trissima testimonia Patrum loquuntur. Athanasius contra
Arianos inquit: Scriptura non intelligit substantiam verbi
exaltatam, sed ad humanitatem eius hoc spectat, et propter
carnem exaltari dicitur. Cum enim ipsius sit corpus, meritis
eo ipse

eo ipse ut homo ratione corporis humanitus exaltari & accipere memoratur, eo quod CORPVS ILLA RECIPIAT,
 QVÆ VERBVM SEMPER POSSIDEBAT, secundum suam ex Patre Deitatem & perfectionem. Dicit igitur se potestatem accepisse ut hominem, QVAM SEMPER HABET VT DEVVS. Audis, Christum hominem non tantum finitam gloriam, sed potestatem τ& λόγος accepisse: Gregorius Nyssenus in 2. Dialogo Theodoreti inquit: De extra Dei fabricatrix omnium rerum, quæ est ille Dominus, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil eorum, quæ facta sunt, subsistit: hæc ipsa unitum sibi hominem AD PROPRIA M adduxit C E L S I T V D I N E M per vniōnem. Idem Gregorius in oratione 2. de resurrectione Christi scribit: Nam tunc cum accessissent & adorassent eum, quis busdam ambigentibus, cum authoritate plena Maiestatis diuine dixit: Data est mihi potestas omnis in cœlo & in terra. Nam QVÆ NATVRALITER HABEBAT TANQVAM DEVVS, HÆC DICITVR ACCIPERE TANQVAM HOMO. Basilius in Psalm. 21. Natura assumpta diuinitati assumenti eam unita est, EIVSDEM QVE GLORIÆ ET HONORIS PARTICEPS ET CONSÖRS FACTA. Idem confirmat Cyrus lib. 12. Thesauri cap. 15. Conditio quædam atque proprietas, vel (sicut a vis) dignitas, alia creaturæ, alia creatori necessario inest: creatura serua est, creator Dominus. Sed creatura quoque Domino suo coniuncta, à propria conditione liberatur, & in meliorem traducitur. Ita NATVRA NOSTRA, à Filio Dei assumpta, mensuram suam excessit, & IN CONDITIONEM ASVENTIS EAM, PER GRATIAM TRANSLATA EST.

Tertio negatis, carnem Christi viuificam esse, aut quod

M

λόγος

Λόγος viuiscam suam virtutem cum carne assumpta comp
 municārit: siue quòd per vniōnem cum Verbo viuiscan
 te, ipsa quoq; facta sit viuifica. Et tu Danæe, ex carne Christi
 sti absque Scripturæ authoritate, ociosam canalem fabricat
 ris, quæ cum viuifica virtute Verbi nullam realem novavit
 & habeat, sed quòd per eā vita ab ipsa Deitate Λόγος in nos
 deriuetur, quemadmodum per canales aqua, quæ cum illis
 nullam communionem vel energiam habet. Contrà Scrls
 ptura affirmat: carnem Christi viuiscam esse, non tantum
 quia pro mundi vita data est, & nobis suo merito vitam
 acquisiuit, sed etiam, quia per Λόγον corporaliter intrabiz
 tantem, & ipsa efficax est ad vitam in nobis operanduim.
 Ideoque Christus inquit, Ioan. 6. Caro mea vere cibus est,
 & qui eam edit, habet vitam æternam. Hanc gloriam vi
 uificationis, Orthodoxi Patres vnanimi voce carni Chris
 ti tribuunt. Athanasius de suscepta humanitate explicans
 dictum Ioan. 5. sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit &
 Filiū vitam habere in semetipso, inquit: Intelligere oportet car
 ni datam vitam, & sicut Pater omnia per Λόγον facit, ita &
 carni per eum vitam dedit. Damasc. lib. 3. cap. 17. Caro Doo
 mini mortalis erat propter se ipsam, & VIVIFICANS pro
 pter vniōnem ad Verbum secundum hypostasin. Cyril.
 lib. 4. cap. 12. in Ioannem: Cùm viuiscans Dei Filius im
 carne habitauerit, ad suum bonum eam, id est, ad vitam res
 formauit, & totus toti ineffabili modo vniōnis coniunctus,
 VIVIFICANTEM IPSAM effecit, quia natura viuiscans est: propterea participantes hæc caro viuiscat: ejicit
 enim mortem ab eis, & interitum penitus expellit. Idem
 lib. 4. in Ioan. cap. 27. scribit: Quoniam cum viuiscante
 Verbo caro coniuncta est, tota est effecta viuifica. Non
 enim ad corruptibilem suam naturā iunctam Dei Verbu
 detra

detraxit, sed ipsa ad melioris virtutem eleuata est: quamvis ergo natura carnis, ut caro est, viuificare nequeat, facit tamen hoc, quia totam Verbi operationem suscepit. Corpus enim est, non cuiusvis hominis, cuius caro prodest quicquam potest (non enim Paulus aut Petri, aut cæterorum) sed ipsius vitæ & Saluatoris nostri Iesu Christi corpus, in quo Deitatis plenitudo corporaliter habitat, facere hoc potest. Nam si mel, cum naturaliter dulce sit, ea dulcia facit, quibus immiscetur: non ne stultum erit, viuificant Verbi naturam putare non dedisse homini, in quo habitat, viuificant cæterum: Quas ob res caro quidem cæterorum omnium quicquam verè non prodest: caro autem Christi, quia in ipsa unigenitus Dei Filius habitat, sola viuificant re potest.

Quarto affirmatis, Miracula à Christo edita, non ab humana, sed a sola diuina natura Christi profecta fuisse: & quod ad ea efficienda caro Christi non plus, quam ab Apostolis edita miracula caro Apostolorum contulerit, aut virginis Mosis ad edenda miracula Mosis profuerit. Hæc de miraculis Christi, etiam Neuseri opinio fuit, & hodie Turcorum est, quam a Sergio Nestoriano per Mahumetem accepta: diuinā videlicet, virtutem in Christo, quæ admodum dī in reliquis Prophetis & Apostolis operatam esse miracula, ipso filio Mariæ nihil conferente. Quāmvis quidam Doctores ex cap. 4. Alcorani colligant, Christum filium Mariæ ex vi & virtute, præ cæteris ipsi à Deo collata, fecisse miracula. Verum Orthodoxi Patres ex sacra Scriptura nos docent: Humanam naturam à Λόγῳ in communione diuinæ potentiae & virtutis edendorum miraculorum esse. Athanasius Dialogo 5. contra Apollinaristas scribit: Sicut anima in corpore, sic Deus Λόγος

Danæus ad fratres
Tubingens.
Pag. 19. & 20.
Et in Exam. contra
D. Chem.,
Pag. 118.

vnitus homini edit prodigia, non separatus a natura assumpta, sed placuit ei in ea, CVM E A & PER EAM POTENTIAM SVAM DIVINAM exerere. Idem, in Euangelio de sanctissima Deipara: Hunc igitur hominem, quem dicimus a λόγῳ gestatum, hunc ipsum Deus Pater, cooperatione Spiritus sancti, vna simul collaborante Filio, inunxit Spiritu sancto, tribuens ei omnem efficaciam, BVN DEM QVE VIRTUTE ALTISSIMI circumcinxit, vt posset sustinere omnem aduersariæ potestatis impetum, & OPERARI deinde CVRATIONEM in populo. Cyrillus de incarnatione vnigeniti, cap. 7. Idem in eodem Deus filius mulet homo, & sua quidem dicit Deus verbum, ea, que sunt carnis propria, quia ipsius est corpus, et non alterius. COMBINNES autem FACIT, tanquam CVM SVA CARNE DIVINÆ SVÆ MAIESTATIS OPERATIONS, vt posset etiam viuiscare mortuos, et sanare infirmos. Theophylactus in cap. 5. Lucæ, agens de miraculo leprosi sanati, inquit: Interim & hoc indicabat, quod sancta eius caro diuinam habeat virtutem, & purificet & viuiscet, vt pote quæ sit caro Dei. Et Damascenus lib. 3. cap. 18. in genere omnipotentiæ Christi hominis asserit, scribens: Humana eius voluntas a tempore coeparat, & ipsa naturales & innoxias passiones sustinuit. Et naturaliter quidem non omnis potens erat: vt autem Dei verbum vere & secundum naturam facta, & ipsa omnipotens est.

Quinto, ex uitis Christum hominem gloriâ Omnipotentiaz, de qua Paulus inquit. In ipso sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi: Et Damascenus libro secundo, capite vigesimo secundo, scribit: Deus omnia sciens simpliciter, non consultat. Neq; in ANIMA Dñi dicimus consilii velectionem. Non n. habuit IGNORANTIAM.
Nam

Nam etsi natura futura ignorantis erat: tamen secundum hypostasin vñita Deo verbo, OMNIVM COGNITIO-
NEM HABEBAT, non gratiâ, sed propter vñionem se-
cundum hypostasin. Idem libro tertio, capite vigesimo
primo: Si secundum Gregorium Theologum separaues-
ris, quod videtur ab eo, quod intelligitur, serua videbitur
& ignorans caro. At propter hypostaseos identitatem &
inseparabilē vñionem, locupletata est Domini anima fu-
turorum cognitione, vt & reliquis diuinis signis.

Sexto, Christum hominem iam in dextra Maiestas-
tis constitutum, conseruum nostrum esse, blasphemas, & In Exam. pag. 417.
administrationem regnorum ipsi adimis. Petrus vero
Actorum secundo inquit: Certo sciat tota domus Israel,
quod DOMINVM & Christum FECERIT Deus hunc
Iesum, quem vos crucifixistis. Et Paulus ad Philipp. 2.
testatur: quod Deus Christum Iesum, factum obedien-
tem usque ad mortem crucis, in summam extulerit subli-
mitatem, ac donauerit illi nomen, quod est supra omne
nomen, ut omnis lingua confiteatur (præterquam Da-
næ) quod DOMINVS sit Jesus Christus ad gloriam Dei
Patris. Idem ad Ephes. 1. ait, quod Deus Christum ex
mortuis suscitatum, collocauerit ad dextram suam in coe-
lestibus, supra omnem principatum ac potestatem & po-
tentiam, & DOMINIVM, & omne nomen, quod nomina-
tur in hoc & futuro seculo, omniaq; subiecerit sub pedes
illi, & eum dederit caput super omnia ipsi Ecclesiæ. Hæc
cum vera & certa sint: quomodo non sine ignominia
Christo, ad dexteram Maiestatis exaltato, nomen conser-
uitribuetur? Ipse Ioan. 13. inquit: Vos vocatis me Dominum,
& bene dicitis: Sum enim. Nec tantum secundum diuinam,
sed etiam secundum humanam naturam DOMINVS est. Ipsi

enim

enim data est omnis potestas in cœlo & in terra. Et Filiu
hominis (teste Daniele) data est potestas, gloria, & re-
gnum, vt OMNES populi, tribus & linguae ipsi ser-
uiant. Et quem tota S. Scriptura in infinitis locis Do-
minus prædicat, propterea quod in unitatem perso-
næ & Maiestatis à filio Dei assumptus, omnia in cœlo
& terra gubernet: hunc ne tu, homo miselle, conser-
uum tuum dices, & à Regnum administratione
dejicies? Quod si S. Scripturam, ipsius Dei vocem, au-
dere noluisses, vel Patrum monumenta, quæ etiam le-
gendo deuorasse videri vultis, te rectius instituere po-
tuissent. Scribit enim Damascenus lib. 3. cap. 21. Scie-
dum, quod NEQUE SERVVM IPSVM DIC.
RE DEBE AMVS. Nam seruitutis & dominij nomina
non naturæ sunt indicia, sed eorum, quæ ad aliquid sunt, &c. Quæ
admodum igitur de ignorantia dicimus, quod si tenuibus cogita-
tionibus, huc esse, minutis phantasij mentis, creatum ab increato
diuidas, serua esse caro, si non unita esset Deo Verbo. Semel au-
tem unita secundum hypostasin, quomodo SERVA erit? Vnde
enim existens Christus, non potest SERVVS sui ipsius esse &
Dominus: Hoc enim non simpliciter dictorum sunt, sed ad aliud.
Cuius ergo seruus erit? Pater? Ergo non omnia, quæcumque
habet Pater, & Filii sunt: siquidem Patris esse seruus, si quis prius
nequaquam esse. Appellationem igitur SERVI subit, non
quod ipse existat hoc: sed quod propter nos formam SERVI ac-
cepit, & seruus nobiscum vocatus esse. Impassibilis enim existens,
propter nos passionibus se subiecit, & minister salutis nostræ fa-
cetus esse. Pro quo durissimo ministerio, nobis autem salu-
tifero, tu homo ingratissime, hanc ipsi mercedem reddis,
ut in seruitutis ignominia eum retinere cupias, qui ex nos

bis

bis seruis, Reges, & Sacerdotes, imò filios Dei fecit. Sed audi Damascenum, te Nestorianismi accusantem. Scrit Apoc. i.
bit enim in eodem capite: Qui verò dicunt ipsum S E R
V V M, dirimunt vnum C H R I S T V M in duo, quem-
admodum Nestorius. Nos autem dominatorem ipsum dicimus,
& Dominum omnis creatura, vnum C H R I S T V M,
eundemq; Deum simul & hominem, & omnia scire: Nam in ipso
sunt omnes Thesauri sapientiae absconditi. Audi etiam, quid
pia antiquitas de Regnorum administratione & dominio,
Christo homini in omnes creaturas dato, senserit. Ba-
silius in hæc verba Psalmi 2. Postula à me, &c, scribit:
Quæ hic subitenguntur, homini Christo competunt.
Nam vt Deus est, omnia per ipsum facta sunt: Vez
rum cùm natura vt D E V S sit omnium D O M I
N V S, vt homo tamen horum D O M I N I V M a
Patre accepit. Cyrillus libro secundo, in Ioan. capite 73.
Factus homo, vt homo, incipit D O M I N A R I,
qui nunquam conuenientem D E O dignitatem amisit,
sed cum carne ad id, quod semper est, factus homo
ascendit. Quod autem hæc ita se habeant, ipse ostendit,
dicens: Pater glorifica me illa gloria, quam habebam
apud te, antequam mundus esset. Perpendis, quia non
initium gloria petit, sed renouationem, vt ita dicamus
non quod amittere timeat, sed quia V T H O M O
R E G N A R E incipit. Epiphanius contra Arrium:
προσληπτικὰ τῆς δόγμας prædicantur de C H R I S T O
propter incarnationem, ne carnale amplius sit carna-
li potentia: sed eountum Diuinitati, R E G N E T
cum P A T R E, F I L I O, & S P I R I T U S A N-
C T O. Idem confirmat Theodoretus in Psalmū secundū,
Christus.

Christus cūm natura Dominus sit, vt Deus: etiam vt H.
**MO VNIVERSVM IMPERIVM ACC
 PIT.**

Bezain Apolog. 3. ad D. Selnec. pag. 462. Septimo blasphematis, in primis autem tu Danæ.

Danæus in Exam. pag. 417, & 421. MALEDICTVM ESS.E, IDOLOLATRAM ESSE, IN

DEVM BLASPHEMVVM ESSE, NESTORIANVM ESS.E, qui Christum, quā homo est, etiam in ipso unione adorat: & nisi maledicti, Idololatræ, in Deum blasphemari Nestoriani esse velimus, à nobis NVNQV AM religio cultu adorandum & inuocandum esse Christum hominem. O blasphemiam, & vocem nefandam ab eo, qui non men Christiani profitetur, emissam. Hoccine est honorare Dominum tuum, à quo vitam, nomen, & omnia accepisti: & insuper salutem quoq; expectare debebas? Secundum recordor, Christum Iesum, quem Deus Pater Dominum fecit, à Danæo non Dominum, sed conseruum agnoscí. Vnde verò hæc subita mutatio Danæe? Vnde hæc noua Religio te incessit? quod cūm in Antios. pag. 37, carnem Christi vere à nobis adorandam esse diceret, nunc adorandam esse neges? Fortè Neuseri Spiritus in te tumultuari incipit, cui quamuis infestus esse videri vellis, hoc tamen semestri non infeliciter in schola ipsius profecisti: & procul dubio, si Spiritus tuus voluerit, aut etiam Maiestas Christi hominis, quam conspuis, te non oppreserit, plura nobis mysteria propediem prodes. Nondum enim horum Emblematum vestræ arcanæ Philosophia, quæ adhuc in profundo latent, finis est. Et cūm in carceris omnibus fidelem admonitionem meam contempseris: hic tamen me aliquid apud te potuisse video. Cūm enim carnem Christi VERE ADORANDAM esse diceres, & eo ipso tuo Bezae & reliquis contradiceres: de-

pericu

periculo te monui. Et ecce fideliter obsecutus mihi, plus
 satis te tuis purgans, in Examine tuo docuisti, honorem &
 cultum Saluatoris aut iudicis tui *CHRISTI*, tibi nun-
 quam cordi fuisse: ideoq; multis rationibus omnibus per-
 suadere conaris, ut te Doctorem, & quotidie in peius pro-
 ficientem securi, à cultu adorationis, tanquam verissima
 Idololatria, sibi caueant. Sed videamus, quid Scriptura &
 Orthodoxa antiquitas de his tuis gemmis, ex fodinis Aras-
 siae, seu potius officina Mahumetis in Ecclesiam *CHRIS-
 TI* apportatis, sentiat. Paulus ad Philip. 2. scribit: Quia
 propter & Deus illum (*CHRISTVM IESVM*,
 factum obedientem vscq; ad mortem crucis) in summam
 sublimitatem extulit, ac donauit illi nomen, quod est supra
 omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu se flectat coe-
 lestium, terrestrium, & inferorum, omniscq; lingua confi-
 teatur, quod Dominus sit Iesus Christus ad gloriam Dei
 Patris. His Danæus galians oggannit: blasphemiam in
 Deum esse, cultum adorationis (cuius gloria soli Deo des-
 beatur) Christo homini tribuere. Quo ipso Diabolo peior
 esse videtur, qui Christo homini suo modo genu flectere,
 ipsum adorare, & Dominum suum agnoscere cogitur.
 Acto. 7. videt Stephanus gloriam Dei, & Iesum stantem
 à dextris Dei, & iam moriturus inuocat, & dicit: Domine
 Iesu, suscipe Spiritum meum. Ergo secundum te, Stephanus
 in Deum blasphemus fuit, quod non Deum Patrem,
 aut λόγον, sed Iesum filium Mariæ, stantem à dextris Dei
 inuocauit: Paulus: Corinth. 1. Gratiam & pacem à Deo
 Patre, & Domino Iesu Christo precatur omnibus inuo-
 cantibus nomen Domini nostri Iesu Christi in quovis lo-
 co. Vbi Paulus non distinguunt inter Naturas: sed Chris-
 tum Iesum, Deum & hominem (non tantum λόγον) vult
 inuocari. Et quid tu aliud hac tua blasphemia agis, quam

ut miserum mortalium genus summa consolatione spacioles. In hoc enim, inquit Paulus, quod ipsi contigit tentatio esse, potest & eis, qui tentantur, opem ferre. Ut autem opera nobis ferat, necesse est, ut ipsum inuocemus. Et cap. 5. ad Heb. ait: Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed tentatum per omnia iuxta similitudinem (aliorum hominum) absq; peccato. Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae, (cultu video licet adorationis & piarum precum) ut consequamur misericordiam, & gratiam inueniamus in opportunum tempus. Et qua immani audacia vel potius insania tu cultum adorationis & inuocationis denegabis ei, qui factus es Dominus omnium creaturarū, Psalm. 8. qui sedet ad dextram Dei, & dominatur omnibus: cuius pedibus omnia subiecta sunt: & cui omnes populi, tribus, & linguae seruire debent: cui etiam iudicandi potestas data est, Ioan. 5. Hunc si non adoraueris, & hoc modo blasphemare perrexeris, non ad salutem, sed ad damnationem (quod etiā Bezugarij tuus in extremis suis metuit) tibi apparebit. Verum audiamus quoq; Patres Orthodoxos, de hac gloria Christi differentes. Nazianzenus in sermone Paschalius quidam: Si quis non adorat crucifixum, anathema sit, & Deum annumeretur crucifixoribus. Et Chrysostomus in cap. 2. ad Heb. scribit: Reuera magnum & admirabile, & stupore plenum est, CARNEM NOSTRAM sursum sedere, & ADORARI ab Angelis & Archangelis, & Cherubim & Seraphim. Et Theodoreus Dialog. 2. scribit: Ilud corpus, & sessione ad dextram Dei dignum habitū, & ab OMNI CREATURA ADORATVR, quia corpus appellatur Domini naturae. Idem ad Heb. 1. Christus semper accepit ab Angelis cultum & adorationē: erat enim semper Deus, iam autem adorant ipsum etiam, ut HOMINEM.

Hanc

Hæc & alia plura sunt, quæ in vobis detestamur, quæ demonstrant, vos carni Christi nullo modo Majestatē suā tribuere, sed ausū execrabilē admire ea, quæ ipsi filius Dei plenissimē communicauit. Inquit, n. Paulus Col. 2. In ipso si, vt Patres Orthodoxi interpretātur, in carne Christi) omnē plenitudinē Deitatis corporaliter inhabitare: nō per nudā vniōnē, sive inanē assūtentia, sed realē nouatiā. Et ideo Basilus in S. Natiuitatem inquit, quod humana Dñi caro Deitatis particeps facta sit. Et Epiphanius in Ancorato scribit, quod corpus terrenū vñā cum Deitate potens efficiens, IN VNAM VIRTUTEM vniuerit. Et Cyriillus lib. II. in Ioan. cap. 20. ait: Quod Christus, QVÆ vt Deus naturaliter habet semper, vt HOMO in nouissimis temporibus ACCEPERIT. Hac doctrina, à Scriptura & Patribus nobis tradita, naturas in Christo nō exāquamus: nec cū Eutychete (quod falso opinaris) blasphemamus: sed vt in Deitatis consortiū (quemadmodū Nazianzenus in sermone Paschali loquitur) caro Christi assumpta sit, ostendimus. Vos aut̄ in Christū Salvatōre nostrū ingratī & inātiosi estis, blasphemantes: humanitati ipsius nullā realē communicationē cū Maiestate τὸ οὐρανόν intercedere. Quæ vestra doctrina nō ex verbo Dei, nō ex puriori antiquitate (vt demonstrauis) sed ex fortidīs lacunis Nestoriū desumpta est, qua vos Arianae impietati ansam & causam dare, exemplis multorū ostendi, qui ex vestro cōetu Ario dexterā societatis iunxerūt. Et hæc exempla nō idcirco adduxi, vt vñū præsidii doctrinæ nostræ veræ ab istis Apostolis peterē (hec, n. Scripturę validissimo fundamento, & Patriū clarissimo testimonio, vt ostēdi, nō titui) sed quid ex vestra doctrina blasphema vel tandem sequatur, docerē. Eius enim affectus Satā est, vt nō simul omne suū virus per falsos Doctores euomnat: sed vñū errorē ex alio paulatim educit, doc-

nec hominib. Christū vel inutile reddat, vel plane auferat.

*Quid Monstri Cal
uniusimis alat.*

Et illud per vos īā consequi studet. Si .n. Naturae humanae Christi nulla realis cōmunicatio cū infinita potentia Dei intercedit: passio & mors Christi nullo modo infinita iustitiae diuinæ satisfacere, nullo modo propitiatio pro peccatis totius mundi esse potuit: siquidē in Natura, quæ finita tantum potentia est, facta sit, & propterea infiniti meriti esse nequaquam possit. Ad hoc responde Danae. Et quia īā Satan Christū, quā homo est, novā viꝝ diuinę Maiestatis & potentia per vos spoliauit, hac rapina contentus non erit, sed pessimum ad spolia Diuinitatis procedet. Et hoc mysterium adeo non occultat, vt in Polonia, Transyluania, Hungaria & Italia hoc specimē industriae īā ediderit. Nam omnes Antitrinitarij istorū locorū, de finita potentia, scientia, præsentia, & donis habitualibus Christi, quā homo est, de miraculis, de nō adorando Christo homine, summe vobis consentiunt, nisi quod ipsi in peius, amplius vobis profecerint. Ex hoc .n. antecedēte vestro: Nulla creatura potest esse creator, & finiti cū infinito nulla potest esse cōmunicatio: ipsi colligūt, Mariæ filiū nudū & purū hominē, nec simul verū Deū esse. Hoc cōsequēs nondū fortasse vos edas etiētis: nā mysteriū iniquitatis adhuc apud vos occulteretur. Sed hūc ordinē & processum cū plurimis vestris maioriū popularibus, qui ad Arianismum defecerunt, Satan seruauit, vt primo omnium ipsis persuaderet, Christo homini nullam realem novā viꝝ cum diuina omnipotentia & Magiestate intercedere: Christum hominem non esse adorandum. Ex hoc deinde errore in alium ipsos duxit, vt Christum Deum esse negarent, inter alia argumenta, etiam hoc vestro nisi: Finitum nō est capax infiniti. Et per hunc gradum ad Arianismum descenderunt omnes, qui hodie in nominatis locis diuinitatem Christi impugnant, cum iniurio

tio nihil minus cogitarent, quam hoc ex vestris principijs
secuturum esse. Et Adam Neuserus ipsdem planè rationib-
us, quibus tu contra me, in diuinitate & Maiestate filij
Mariæ impugnanda, vsus est: Finitum videlicet, non esse
capax infiniti: inter finitum & infinitum nullam posse esse
κονταριαπ: Christum Mariæ filium non propria virtute, sed
Deum in ipso, quemadmodum in Prophetis & Apostolis
miracula fecisse: Christum hominem non esse adoran-
dum, ne gloriam, quæ soli Deo debetur, creature tribua-
mus. Hæc tua axiomata sunt Danæ, per quæ sensim à
Sathan ducuntur homines, ut filium Mariæ, nudum ho-
minem esse tandem blasphemant. Et hanc hæresin Sathan
ex vestra doctrina educit, perque rationes vestras ad Ari-
anismus descendit. Idcirco Neuserus non prorsus sine
causa, his verbis (quæ manu ipsius scripta habeo) de vobis
conquestus est: *Si quis argumentis ipsorum vitetur, & re ipsa A-*
rianus fit, aperie & in specie docens hoc, quod ipsi in genere: tum
aut comburitur, aut capite plectitur. Quod vero exemplo
Christi & Apostolorum, doctrinam vestram a culpa A-
rianismi liberare studies, valde ineptum & inconueniens
est. Ipsi enim doctrinâ suâ ne minimam quidem hæresi-
bus causam dederunt. Vos autem denegando Christo ho-
mini realem *κονταριαп* cum Deitate λόγῳ, primum quasi gra-
dum & fundamentum Ariani ædificij ponitis, cui Sathan
astutus non in omnibus vobis (ne vestræ doctrinæ falsi-
tas ab hominibus agnoscatur) sed tantum in quibusdam
relicuum structuræ superaddit: Christum videlicet, nu-
dum hominem, nec verum & naturalem Deum esse. Ut
Neuserus etiam non abs re scripserit: Qui timet sibi ab A-
rianismo, caueat Caluinismum. Et huius oraculi (quod vos
cas) veritatem non tantum unus Neuserus suo exemplo
comprobauit, sed etiam ingens multitudo eorum, qui hos

Querela Neuseri
de Caluinistis.

die in Hungaria, Polonia, Transylvania, &c alibi, divinitatem Christi negant, verum id esse testatur. Dictum quoque Ioannis, quod profers, nihil iuuat. Nam Antitrinitarij non prouersus a vobis egrediuntur: sed in multis articulis vestri sunt: principia quoque & fundamenta blasphemiae suae, quae a vobis didicerunt, fideliter retinent. Nec (ut putas) Neuserus mei oblectandi causa haec scripsit: quandoquidem contra me pro vobis de Cœna Domini, Maiestate Christi hominis, adoratione ipsius, & miraculorum operatione, semper acerimè pugnauerit.

Post hæc ad ingenium redis, & ingentem cumulum mendaciorum in me coaceruras. Scribis, me Constantino poli falsos rumusculos aduersus Germanos Principes, a quo quis audeat captasse. Vnde vero huius notitiam habes? aut quis Neuseri spiritus hoc tibi suggessit? Inquis, ex meis ad D. Chytraū literis apparere. Sed cur ad confirmandam hanc grauem insimulationem non monstras principium Epistolaे, aut paginam, aut lineam? Qui vero Epistolas illas perlegerint, videbunt, Danæum sine fronte & conscientia calumniari. In ipsis enim, ne vlla quidem mentio Getæ manorum Principum fit. Deinde per integrum paginam 115. de mea Constantinopolim profectione tu Gallus continuo cretizas. Non autem puto, me rem ingratam lectori facturum esse, si rem uti gesta est, & de eius veritate plures illustres & nobiles personæ testari possunt, bona fide & breuiter commemorem. Annus ab hoc æstiuo tempore octauus agitur, ex quo a Maximiliano I L. laudatissima memoria Imperatore, Generosus & Illustris Baro, maximarum virtutum ornamento, plurimarum linguarum cognitione, doctrina præclara, prudentia diuina, & facundia singulari præstantissimus heros, Dominus David Vnus gnadinternuncius (quem vocant Oratorem) Constantiopolis

nopolim electus erat, ut cum Selymo II. inducias renoveret. Ad hanc profectionem difficultem & peregrinationem diuturniorem, cum sibi Ecclesiasten adhibendum censuisset: ad amplissimum Senatum, & dignissimum Canicularium Academiacæ nostræ de aliquo mittendo scripsit. Iudicio sicut præceptorum meorum electus, Constantiopolim profectus sum, non ut Græcos (quæ prima hic vanitas tua est) ad fidem nostram conuerterem, (hoc enim vocationis meæ non erat) sed ut inter barbaros & hostes Christiani nominis Ecclesiæ Germanorum, quæ in aula illustris D. Oratoris erat, Religionem Christianam tradarem. Dū ergo in vrbe, totius Orientis celeberrima (in qua Patriarchæ Græcorum sedes, ad quam frequentes ex Græcia Metropolitæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alij de ordine facto confluere solent) versor: desiderio Religionis Græce cognoscendæ captus, amicos, inter Patriarchæ familiares, et in his doctiores mihi concilio, per quos me voti compotem fieri posse sperabam. His offero capita de precipuis nostræ doctrinæ articulis, à me idcirco concepta, ut sententiam ipsorum de ijs & voce & scriptis cognoscerem. Et in primo statim sermone cum ipsis habito, aperte fatebantur, se credere, totum Christum, Deum & hominem, omnipotentem, omnia scientem, & ubique Ecclesiæ suæ præsentem esse. Et præter testimonia Scripturae, quibus etiam nos vtimur, proferebant Patrum dicta, Athanasij, Cyrilli, Damasceni & aliorum, quæ de Deificatione carnis Christilorum quantur, & inter ea illum locum Nazianzeni in S. Pascha: τέλετορ δὲ (χριστὸς) ἐστὶ πᾶς θεότητα μόνος, ἵνα τὸ διατεταραγμένον, αἷλον τοῦ σταύρου πρόσωπον, τὸ χριστὸν θεόν τεστίλη, τοῦ γενομένου ἔπειρος χριστού, τοῦ διαφέροντος λεγενδού οὐρανού. hoc est. Per filius (Christus) non modò propter diuinitatem, quam nihil perfectius, sed itiam propter naturam assumptam DIVINITATE

VNCTAM

VNCTAM (vbi obiter notandum , naturam humanam
 Christi, non tantum finitis & habitualibus donis, quod Cal-
 uinistae volunt , sed ipsa DIVINITATE λόγος vngant
 esse. Quod Paulus his verbis expressit: In Christo (homini
 ne) habitat OMNIS plenitudo Deitatis corporaliter, ut nos
 ex hac plenitudine, humanitati collata, acciperemus) & fa-
 clam id, quod ipsam vnxit (quibus verbis Theologus propo-
 sitionem hanc: Verbum caro factum est, conuertit, quasi dic-
 ceret, (Caro facta est Verbum) Et audeo dicere, Deo æquales.
 Quibus Nazianzenus non hoc intelligit, quasi humanitas
 Christi per naturam & essentiam Deo æqualis sit: sed gra-
 tia vniuersitatis, qua ipsi realiter communicata est omnis Dei
 tatis λόγος plenitudo: vel, ut alibi Gregorius inquit, carnem
 Christi in Deitatis consortium assumptam esse. Ex hoc &
 similibus testimonijs Patrum Græci colligebant, naturas
 in Christo non quidem per essentiam æquales: in unam ra-
 men virtutem & Maiestatem (ut Epiphanius in Ancora-
 to inquit) vnitas, nec usquam locorum separatas esse. Ei-
 hic mihi nullo argumento opus fuit, quo ipsis doctrinæ no-
 stram de Maiestate Christi hominis (quam tu errans et
 rorem vocas) persuaderem, veleos in meam sententiam
 pertraherem, cum idem quod nos sua sponte profiteren-
 tur. Quare alterū hoc tuum putidissimum & multiplex men-
 dacium est, quod non sine scismaticæ in Germanos ludis:
 Patriarcham haud natum in veruecum patria, & me Germanona-
 futiorem technas meas olfecisse, & sibi maturè à meo errore canili-
 me etiam ab eo turpissimam repulsam passum, reliquum tempore va-
 gum & inertem illuc vixisse, totamq; meam legationem in anem fuis-
 se. O vanitatem & impudentiam hominis, cuius propè sin-
 gulæ voces foetida mendacia olen. Nam quod tu errorem
 vocas, Patriarcha cum suis verissimum esse, ex Scriptura
 & Patribus dídicerat.

In alijs

In alijs autem articulis, vt de authoritate Patri^{fi}, & pro-
cessione Spiritus sancti, de libero Arbitrio, de bonis ope-
ribus, de ieiunijs, de Missa, de Imaginum cultu, & alijs
quibusdam, quamvis Patriarchæ & reliquis Græcis aliud
videretur: nostram tamen de ijs doctrinam, propter ra-
tiones à me allatas, prorsus reiucere non potuerunt. Et
hoc effeci, vt cùm pro teterrimis hæreticis nos antea ha-
berent, iam melius de nobis & sentiant & loquantur:
& forte etiam non aspernanda semina purioris doctrinæ
inter ipsos reliqui. Nec vnquam (quod impudentissime
singis) à Patriarcha repulsam passus sum; sed à primo con-
gressu & salutatione mea ad nostrum vscq; discessum,
me semper humanissimè complexus est, & quoties col-
loquium ipsius peti, mihi illud promptissime concessit.
De quo non tantum domestici Patriarchæ, sed etiam
plures Nobilitate, doctrina, & experientia rerum præ-
statae viri, testari possunt, qui Constantinopolim cum Les-
gatis venientes, vn'a mecum Patriarcham videndi & sa-
lutandi causa accesserunt. Et quòd nullam à Patriarcha
repulsam passus sim, nec etiam vagus & iners reliquum
temporis illic vixerim, vel vnica Epistola ad clarissimum
virum D.D. chyträum anno 78. Calend. Iunij, paulo ante
nostrum Constantinopoli discessum, à me scripta (quam
te legisse ex pagina tua 115. coniicio) docere te potuisset.
Vt iam taceam Epistolas Familiares & responsiones,
quas Patriarcha ad Theologos Tubingenses, & clarissi-
mum virum D. Martinum Crusium de Græcorum &
Augustanæ confessionis doctrina (quam ipsi a doctissi-
mo viro, Paulo Dolscio, Græcè conuersam obtuleram)
monitione & opera mea dedit. Et maximè quidem po-
stremis annis, vbi me à suspicione nouitatis in modo

commemoratis articulis purgassem, Græcos doctiores &
 ipsum Patriarchā frequenter conueni, qui adeo à suo con-
 gressu me nunquam repulit, vt etiam ad solennia festa
 me vocari, Metropolitarum & Archiepiscoporum ordina-
 nationi interesse me voluerit: in intimum quoq[ue] Tem-
 pli locum (in quo solus Patriarcha cum suis ~~euλεγοντις~~
 in peractione sacrorum consistere solet) me admiserit: nec
 non in patriam redditum parantem, muneribus afficerit
 & munuscula quoq[ue], quæ Theologis Tübingeribus
 & D. Crusio afferrem, crediderit. Hactu si voluisses, ex
 Epistola ad D. Chyträum scripta ex parte cognoscere,
 nec te tuis putidis nugis deridendum propinare, potuiss-
 es. Non minus impudens & malitiosum mendacium
 est, quod quædam Græcorum vocabula in chartis col-
 legerim, quorum explicationem per D. Crusium à ne-
 scio quo Porto emendicare me non puduerit, vt multum
 in ea peregrinatione profecisse viderer, & alienis. i. Portu
 plumis ornatus, me meis venditarem. Sed homo astutus,
 quia vidit, hanc suam Narrationem lectori ridiculam &
 fabulosam futuram esse: idcirco addit, *Sed istud verè effi-*
mare. Hac autem veritate Lucianæ multis apud nostros,
 qui me familiariter norunt, risum mouisti, qui mirantur,
 te hominem Theologum, & prouectæ ætatis, adeo nul-
 lius frontis esse, vt aperte mentiri non erubescas. Et si
 nullum aliud impudentiae & levitatis tuæ (quæ ab ho-
 mine literato, præsertim qui nomen Theologi profitetur,
 alienissima esse debebat) ~~παρηγορ~~ in chartis tuis extaret
 (quorum tamen propè innumera sunt) vel ex hoc uno
 palpare liceret, quam tu sis nullius candoris & conscientie
 homo, quod hac vanissima de me spargens, verè te illa
 affirmare dicere audes. Gloriatuſ es, te in Vrbe sanctissi-
 ma ueni

maversari, vbi etiam in ordinem ministrorum verbi co-
optatus sis. Apud nos certè rustici, ne sues quidem pro-
pter vanitatem tuam tibi committerent: siquidem illos ins-
fames habeant, qui suos sermones, velut tu, calumnijs,
nugis, & mendacijs infarciunt. Verum scias, me Barbaros
græcæ linguae nunquam operam dedisse, vt pote cuius
mihi nullus usus in Professione Theologica fuisset. Nec
etiam de hac scriptione Domini Crusij ad Portum mihi
quicquam constitit. Et si quid de rebus aut lingua Græ-
corum cognoscere velim: an tu putas, me Geneuam ad
nescio quem Portum per alium scripturum esse? Quasi
vero nostra Tubinga doctissimis in Græca lingua viris
careat; aut si de vulgari quid scire cupiam, non multo ex-
peditus mihi sit, Constantinopolim ad meos amicos quo-
tannis vel tertio scribere: aut si mihi vñquam animus fuis-
set vulgarem & barbaram linguam perfecte discendi, vbi
quaso istius occasio commodior, quam Constantinopoli
esse potuisset? præsertim cum, te authore, tanto tempore
vagus & iners illuc vixerim: sed tantum abest, vt me alie-
nis plumis ornare cupiam, vt etiam meas proprias ne-
gigam. Cum enim non prorsus indigna lectu de rebus
Græcorum & Turcarum conscribere possem: alijs tamen
industriam & laudem hanc relinquere volui. Quæ vero
& quales vestræ plumæ sint, non euro. Hoc scio, cum
occasione nugarum tuarum ex D. Crusio quærerem,
quid, quando, & ad quem Portū scripsisset, quidq; respon-
si tulisset, vt vel vestras Geneuenses plumas viderem:
dedit is mihi legendas literas, ceteroquin non indoctas,
sed quæ in explicatione Barbarogræcorum vocabulo-
rum (quam D. Crusius, vulgaris etiam linguae studiosus,
iamq; eius magnam cognitionem consecutus, iam du-
dam petierat) adeo deplumes erant, vt nisi mihi

alizæ plumæ sint, non tantum non ornatus futurus sint,
sed etiam planè nudus esse cogar. Hæc autem non scribo,
vt Porti mihi ignoti doctrinæ quicquam detraham: (v)
enim nuda & singularia vocabula, absq; contextu ver-
borum, propriè & rectè exponeret, fieri non potuit:) sed
vt appareat, quanta tua vanitas sit, qui ea de me commis-
nisci audes, quorum nullam prorsus notitiam habes.

Quid igitur est Danæe, qu'od de Apostolatu Vbi
quitatis, de turpissima repulsa, de inani legatione, de
emendatione explicationis quorundam vocum, de plus
mis alienis sine fronte mentiris? Nosti, opinor, per famam
Fratrem Ioannem Nasum, illud impudentiae & vani-
tatis apud Pontificios monstrum: huius vestigia apud
tuos, si ita de rebus incognitis vanissimè scribere perrexe-
ris, exquisitè tandem exprimes. Intellextin' iam, qualis
vir sis, & quām tibi peregrinatio mea Turcica ignota sit.
Et huius narrationis meæ veritatem, si res ita postulare,
testimonio virorum, nobilitate, virtute, & doctrina præ-
stantissimorum, adeoq; etiam ipsorum Patriarcharum,
Constantinopolitaní & Alexandrini, nec non Metropo-
litarum & Archiepiscoporum, Thessalonicensis, Ephesi-
ci, Niceni, Chij, & aliorum plurimorum, quos constantino-
poli conueni, comprobare possem.

Accedo nunc ad quæstionem de S. Domini nostri
IESV CHRISTI Cœna: In qua Osiander docens aliam
esse Sacramentalem manducationem corporis Christi
(de qua in verbis S. Cœnæ agatur) & aliam Spiritualem:
(de qua verba Christi Ioh. 6. sonent) hasq; manduca-
tionis species diuersas esse, differentijs quibusdam ostendens:
à Danæo calumniam patitur, quasi illas tanquam
res pugnantes inter se opponat. Et verum se scribere af-
firmat,

firmat, quia contendamus, verba Christi Ioan. 6. non
 perinere ad Sacramentalem mandationem, de qua
 Christus in verbis S. Coenæ agat. Sed videte acumen ho-
 minis subinde nos accusantis, quod simus hebetis ingenij,
 quod non percipiamus, nec intelligamus, quæ ex verbis
 nostris consequantur: huic scilicet sublimi Dialectico,
 res diuersas distinguere, inter se committere & oppone-
 re est: & quod pueri in Scholis triuialibus vident, hoc
 iste inueteratus calumniator intelligere aut non vult, aut
 non potest. An tibi personas Trinitatis, & naturas in
 Christo differentijs suis distinguere, ita ut una non pos-
 sit esse altera, eas inter se committere est? Aut cur ratio-
 nes Osiandri, quibus eas distinguuit, non confutari? & de
 una eademq; mandatione corporis sui Christum utro-
 bicq; loqui ostendis? An non Caluinustus idem nobis
 scum docet? in hæc verba cap. 6. Ioan. Qui manducat
 meam carnem, & babit meum sanguinem, habet vitam
 æternam. Scribens: *Ex his verbis palam apparet, perperam de*
Cena exponi totum hunc locum. Nam si verum esset, quicunq;
ad S. Domini mensam se ingerunt, carnis & sanguinis eius fieri
participes, omnes similiter vitam referrent. Scimus autem mul-
tin in exitium cedere. Et certè IN E P T V M F V I S-
S E T A C I N T E M P E S T I V V M D E C O E-
N A T V N C D I S S E R E R E , Q V A M N O N-
D V M I N S T I T V E R A T. Ideò de perpetua fidei man-
 datione eum tradidare certum es. Vides ne, Caluinum
 distinguere inter perpetuam fidei, & Sacramentalem cor-
 poris Christi mandationem? Et Cinglius in Epistola
 ad. D. D. Aulberum, idem se sentire fatetur, quod Chris-
 tus in cap. 6. Ioan. nihil de hoc Sacramento agat. Ergo
 ne & ipsi una cum Osiandro, has duas manductionis

species inter se opponuntur. Non puto te eius stuporis esse
 vt non probè intelligas, te nobis iniuriam facere, & no-
 stram sententiam aperte calumniari: sed ea potius ob-
 stinatio tua est, vt etiam manifestissimarum calumniarum
 conuictus, errorem tamen agnoscere nolis. Quod vero
 corpus Christi in S. Cœna, non tantum fide, sed etiam
 ore corporis sumi possit: & Christus & Patres differunt
 verbis contra vos docent. Verba enim ipsius veritatis
 sunt: Accipite, comedite, Hoc (videlicet, quod accipitur
 & comeditur) est corpus meum, quod pro vobis traditur.
 Et Augustinus contra aduersi: legis lib. 2. cap. 9. utramque
 manducationem coniungit, scribens: Nos mediatorem
 Deum & hominem, Iesum Christum, carnem suam man-
 ducandam, bibendumque sanguinem dantem, fideli corde
 AT QVE ORE SVSCIPIMVS. Chrysoft. in Hom. 29. post
 ad Cor. de osculo sancto: Etenim non vulgarem honorem
 consecutum est OS NOSTRVM, accipiens corpus
 Dominicum. Audiant, qui foeda loquuntur & conuiciant
 & horreant, quod tale os polluant. Et Leo serm. 6. de Iesu
 iunio seribit: Sic sacræ mensæ cōmunicare debetis, vt nihil
 prorsus de veritate corporis & sanguinis Dñi ambigatis,
 HOC ENIM ORE SVMITVR, QYOD FIDE CREDITVR.
 Et frustra ab illis Amen respondeatur, à quibus
 contra id, quod dicitur, disputatur. Hæc Christi &
 Orthodoxorum Patrum manifesta verba, penitus tol-
 lunt figmentum tuum de corpore Christi, quasi alio modo,
 quam fide manducari non possit: suntque illa nobis pos-
 tiora, quam omnium fanaticorum nugae & corruptela.
 Per fidem quidem nos Christo spiritualiter concorpo-
 res fieri, & in quibus fides non est, ihs & Christum &
 Euangelium inutile esse, nemo nostrum negat: sed cor-
 pus Christi non alio modo & instrumento, quam fide
 sumus.

sumi, hoc, ex scriptura & Patribus aliud edocet, pernem
gamus.

Huic aliam non minus ridendam subtilitatem subs. Pag. iv.
iungit, *Credere & manducare* distinguens in causam &
effectum salutis. Sed cur hanc distinctionem, quam
ego verissimis rationibus ex 6. cap. Ioan. & testimo-
niis tuorum Maiorum explosi, non probas, & mea re-
futas? Quia vero me remittis ad paginam quinquagesimā
quartam, videamus, quid ibi momenti protuleris. Affers
verba Christi: Ego sum panis ille vitæ: qui venit ad me,
non esuriet, & qui credit in me, non sitiet vñquam.
Sed quomodo non vides, his ipsis Christi verbis tuas
nærias euerti? Venire enim ad Christum, credere in
Christum, manducare carnem Christi, & bibere eius
sanguinem, Christo idem significant, & rationem cau-
se instrumentalis habent, quam hic effectus sequitur,
non esurire, non sitire, habere vitam æternam: hic est effec-
tus & fidei & spiritualis manducationis, non autem,
manducare carnem Christi, effectus salutis est, vt hic in-
eptis. Nam qui manducat carnem meam, inquit Chris-
tus, habet vitam æternam. Et, Qui credit in me, habet
vitam æternam. Quibus verbis Christus docet, & *crede-*
re & manducare rationem cause habere: non esurire aus-
tem, non sitire, vitam æternam habere, effectum esse.
Idem prorsus sentit Oecolampadius in libro de genui-
na verborum Domini expositione, pag. 44. scribens:
Idem est, manducare carnem, & venire ad Christum,
& credere in Christum, quod ex effectis patet. Et pag. 76.
Si Christum edimus, i. si Christo fidimus, non amplius
esuriemus, nec amplius sitiemus. Et Cinglius plurimis in
locis testatur, manducare & credere, idem esse. Vnum
tantum aut alterum testimonium breuitatis causa ad-
ducam.

ducam. Tom. 2. pag. 154. scribit : Vult ergo christus quod nisi edamus eius carnem.i. nisi credamus eum pro nobis mortem obiisse, & sanguinem effusisse, vita simus carituri. Rursus, si carnem eius edamus i.pro nobis mortuam credamus : & sanguinem eius bibamus .i. quod sanguis eius pro nobis effusus sit , firmiter credamus iam Christus sit in nobis, & nos in ipso. Et ibid. Pag. 155. Sic igitur docebis , charissime Matthæ , ante omnia, quid hic Christus per E D E R E , nempe C R E D E R E , intelligat. Et Pag. 281. cum , hoc loco dicat (Christus) qui edit meam carnem , & babit meum sanguinem, habet vitam æternam : N O N P O T E S T N O N V N V M I D E M A Q V E E S S E , C A R N E M I L L I V S M A N D V C A R E , E T I N I L L V M C R E D E R E . Idem sentit Petrus Martyr, in loco à me Pag. 44. citato. Cum his antisignanis tuis , si libet , paulisper congregdere , & te du cibus tuis bellum mouentem , nobis deridendum propina.

Porro Sacramentalem mandationem corporis Christi à Calvinistis prorsus tolli, luce meridiana claruit est. Hæc enim dicitur, quando in S. coena vnâ cum pane ipsum substantiale corpus Christi ore sumimus , iuxta veritatem verborum Christi: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur. Hanc mandationem corporis Christi in S. coena fieri, Calvinistæ simplè citer negant, & solam Spiritualem concedunt, qua, iuxta Danæi descriptionem , veram Christi carnem solo fidel, non corporis ore,tam in Coena cum signorum vsu, quam extra eam percipimus. Quod nihil aliud est (ne quis fuisse cum his verbis Danæi sibi fieri patiatur) quam credere corpus Christi pro nobis in mortem traditum esse. Et hæc manduca-

manducatio corporis Christi (etiam Danæo teste) vna ^{Pag. 117.}
& eadem est, sive in Coena, sive extra eam fiat: nisi quod
in Coena usus signorum accedit. Nobis autem præter
hanc spiritualem manducationem, alia quoque est, qua
ipsum substantiale corpus Christi cum pane accipien-
tes, manducationem spiritualem. i. fidem nostram de
remissione peccatorum, & vita æterna, obedientia & pas-
sione Christi nobis partis, confirmamus. Hanc mandu-
cationem Caluinistæ suis exosam reddere conantur,
suggerendo, quasi eadem cum Physica & Capernaitica
commestione sit, qua caro reuera dentibus atteritur, in
stomachum trajectur, & in nutrimentum corporis cons-
uertitur: quam tamen nostri nunquam agnouerunt. Et
hic iterum Danæus, ut aliæ frequenter, petitione prin-
cipij peccat, pro certo sumendo id, quod nulla ratione pro-
bat: carnem nimirum Christi alio modo & instrumento,
sive in Coena, sive extra eam, edi non posse, nisi fide. Sed
modo ex Christi & Orthodoxorum Patrum verbis ostendit,
illam quoque ore corporis percipi: in quo me falli, tu te
ipsum & alios fallens, nondum probasti.

Deinde dicis, me ineptire, quod spiritualem mandu-
cationem definitam eam esse, qua non ipsum corpus Chris-
ti, sed tantum virtus, efficacitas, & beneficia eius percipi-
untur. In cuius reprehensione, tu non tantum ineptis, sed
etiam impostorem agis. Cum enim contendas, non ipsam ^{Pag. 118.} Antis. ^{Pag. 28.}
substantiam corporis Christi in Coena adesse, sed tantum
eius virtutem, Spiritum, & efficacitatem: tuis tamen per-
suadere conaris, eos non tantum virtutem, meritum & be-
neficia Christi, sed etiam ipsam essentialē carnem Christi,
(quæ iuxta omnium vestrorum opinionem, non alibi,
quam in cœlo est) in S. Coena percipere. Hæ sunt præstis-

giæ hominum circa fidem reprobatur, qui & se ipsos euentunt, & suis cōtradicunt. Nam duces, quos dixi, sectæ sunt Cinglius, Oecolampad. & Martyr, mādicationem spiritus alem carnis Christi definiunt nihil aliud esse, quām vere credere, corpus ipsius pro nobis in mortem traditum esse. Verba Cinglii sunt Tom. 2. pa. 281. Christus per carnis suæ manducationem, & sanguinis sui potionem *NON QVILO QVAM ALIVD IN NVERE VULT*, quām vt in passionem hanc longe preciosissimam, quam pro nobis suscepimus, *FIDEM OMNEM COLLUCEMVS*. Ergo ne Cinglius in his ineptire tibi videbitur. Aut edissere nobis ænigma istud: quomodo substantia carnis a coena longissimè absens, aliter quām *in genitivis* percipiatur, vt te supra Magistros tuos sapere videamus. Sed hoc rei subiectum quod cum conscientia Danæū accuset, ipsum verbis Christi clarissimis, *HOCE EST CORPVS MEVM*, vni facere: huic vulneri, vt aliquo modo medeatur, non tantum beneficia, virtutem & merita, sed etiam ipsam essentiam carnis Christi in coena fidelibus se largiri videtur vult. At nugæ sunt & fraudes Calutinianæ. Christū enim hominem in supremum cœlum ita relegarunt, vt nobis suum corpus substantiale, quod verbis disertis promisit, in coena exhibere non possit: sed iuxta illorum phantasiam in cœlum assurgere nos oportet, vt ibi corpus Christi, cum infinitis electorum Angelorum, beatorumque spirituum millibus in cœlo *SPATIANTIS* (agnoscis ne verba tua Danæe?) apprehendamus, & communionis huius capaces sumus. Horum deliramentorum (quibus Christum dicentes, hoc est corpus meum, mendacem faciunt) cum hic Danæū non nihil pudeat: non tantum beneficia, sed etiam veram & essentialem carnem Christi in coena nos fide percipere, fraudulenter innuit.

Posthæc dolus quendam Danæi detexi: quod, cum ex Caluino probare vellet, a suis spiritualem cum sacras mentali mandatione corporis Christi non confundi: si mul autem animaduerteret, perspicua Caluini verba reliz quo suo instituto officere: idcirco quod Caluinus perspicue & simpliciter dixerat, locum videlicet Ioan. 6. perpetram de coena exponit, quia in hac de tali mandatione tractetur, quæ multis in exitium cedat: Ioan. autem 6. cap. de perpetua fidei mandatione agi, quæ non nisi salutaris esse possit) id Danæus limitat & corrigit, scribens: *Locum Ioan. non quidem propriè & singulariter ad Cœnam referri, sed tamen generaliter de mandatione carnis Christi, sive in cœna, sive extra cœnam, accipi:* Et quam prius probare instituerat distinctionem spiritualis a sacramentali mandatione corporis Christi: eam hic iterum confundit, aut potius tollit. Quod vero inquis, *Caluinum ibidem fateri, in cap. 6. Ioan. nihil dici, quod non in cœna figuretur: nihil ad rem facit.* De mandatione enim, nō de figuraione carnis Christi, que^tio hic est: An videlicet locus Ioan. 6. de mandatione corporis Christi, cuius in cœna verbis mentio fit, exponi debeat. Et recte Caluinus istud negat, quia non de uno & eodem mandationis genere utrobiq^z sermo fiat. Quare te nondum de fraude purgauit Caluinus, cuius tibi ipsi sor des aspersisti. Et quidē hoc esset Æthiopem lauare, si quis calumniarum & fraudum tuarum sordes abstergere vellet. His enim, ceu Gallico morbo, ita totus infectus es, vt nil nisi harū aceruos in scriptis tuis cōgerere possis. Cuius turpisimæ & inueteratae scabiei prurigo hic etiā te vrget, vt mea pro tuo arbitrio depravās, ea ceu sibi nō cōstātiā exigit. Dicis me tandem vi veritatis vīctum, vestræ senten-

Pag. 112.
Antios 24.

Pag. 112.

tiæ acquiescere , & contra omnium meorum opinionem
 fateri, ipsummet Christum in Sacramentali mandatione
 non comedî (ita enim verba ex pag. 51. Antidan. confor-
 manda sunt) nisi spiritualis mandatio cum Sacra-
 mentali coniungatur. Sed cur Sycophanta retices , me hæc ex-
 tua opinione scribere , & hanc dolosam locutionem
 tuam reprehendere , qua dicis , in Sacramentali mandu-
 catione ipsummet Christum , non tantum signa comedî
 cum tamen mandatio Sacramentalis , secundum te,
 nihil aliud sit, quām usus signorum, qui spiritualem man-
 dationem in fidelibus & dignis coniunctam habeat.
 Quare nec h̄ic , nec in pag. 52. Antidanæus vester sum,
 cùm scribo : Sacramentalem corporis Christi manduca-
 tionem confirmare Spiritualem. Nam Sacramentalis
 mandatio substantialis corporis Christi vobis nulla
 est, sed tantum spiritualis , quæ una & eadem est in Cœna
 & extra eam. Ex quo nunc per depravationem meorum
 verborum colligis : *Etiam me teste , non aliter carnem Christi
 in S. Cœna , quām extra eam manducari : cūm de hoc non tan-
 tum nullum meum verbum testetur , sed etiam singula
 voces reclament , & tuum hunc errorem confutent. His
 subiungis nugas quasdam , quod inconstans me ipsum
 euertam: quia etsi a vestrīs rationibus vincar , à meis tamen
 metu exilijs discedere non audeam. Ego vero nunquam in
 tuam opinionem concessi , quam postea per inconstan-
 tiā rursum deseruerim: cūmq; illam nullis rationibus fir-
 maueris, me tamen his vinci stulte gloriaris. Deinde obser-
 uanda est abstrusa quædā subtilitas Danæi, etiā Scholastis
 cis subtilissimis fortassis ignota: Sacramentū videlicet coe-
 nœ vnum & idem esse dignis & indignis, quo ad naturam
 Sacramenti, non quo ad substantiam. Ergo natura & sub-
 stantia Sacramenti secundum te differunt ? Et indignis
 quidem*

quidem natura, non autem substantia Sacramenti erit: ver
um sub hac distinctione impostura quædam latet. Vi. n.
verborū Christi, HOC EST CORPVS M E V M , conui
ctus, intelligit substantiam Sacramenti, non tantū panem
& vinum, sed etiam corpus & sanguinē Christi esse, quæ
substantia ex veritate instituentis vna & eadem sit dignis
& indignis. Hic scrupulus Danæū vrget, idcirco ne litem
finiat, & nobiscum consentiat, distinctionem hanc fingit,
& naturā quidem Sacramenti Cœnæ (quam sola signifi
catione impie describit) non autem substantiā eius dignis
& indignis cōmunem esse, concedit. Præterea cūm ex S.
scripturæ verbis, & testimonij Patrum euidentissimis de
monstrasset, substantiā Sacramenti Cœnæ non tantum
panem & vinū, sed etiam corpus & sanguinē Christi esse,
hanc p̄ tam ab indignis, quām dignis percipi: ipse proba
tiones meas intactas relinquens, nugatur, me Princípium
petere. clamat etiam, me verba Christi non intelligere,
quia sint Tropica. Sed hoc ipsum inepta petitio principij
est, sine rationibus contra manifesta scripturæ & antiqui
tatis verba temere aliquid affirmare. Quod autem à crimi
ne fraudis & Sycophantiae (qua corpus substantiale Chri
sti in cœlum supremum includitis, & tamen idem, non
tantum ipsius efficacitatem in S. Cœna accipi contenditis)
te & tuos liberare cupis: nondum distinctione tua futili
de absentia & præsentia corporis Christi, equalisti. Si enim
corpus Christi à S. Cœna præsentiae corporalis situ, i. sub
stantiā suā abest, eaçq; non alibi, quām in cœlo continetur
(quod Danæus non ausus fuit dicere, cūm aperta verba
Cœnæ ipsi reclament: ideo obscuris verbis vtitur, ne dolus
ab omnib; deprehēdatur) ipsa certe substātia corporis Chri
sti absens, in cœna non percipietur præsens. Et hanc solā
substātialē præsentiā corporis Christi in Cœna nos fingere,

impudenter fabulatur. Nostri, n. in omnibus scriptis suis
energeticā præsentia cum substantiali coniungūt. Et haec
differētia quoq[ue] inter partes litigātes est, quod nos utrāq[ue]
præsentia assērimus: vos aut̄ solam energeticā conceditis
quod etiam in hoc ipso loco confirmas. Postquā n. substancialē
præsentia carnis Christi ē Cœna profligasti, energeticis
his verbis introducere videris: *Adest eadē caro Christi in S. Coena spirituali efficacitate, præsentia fidei & Sacramentali.* Ex
verbis aut̄ tuis, & tuorū ostendā, iuxta vestrā doctrinā co-
poris Christi prorsus nullam præsentia in S. Cœna esse. De
substantiali præsentia quo ad vos, iam actū esse in confesso
est. Energeticā aut̄, quā hic astruere videris, alibi destruis.
Quare, n. quæ sit illa spiritualis energia, qua caro Christi
in S. Cœna adsit. Nonne secundū Caluinū & tuos, quæ nos
ad immortalitatē pascimur, et participatione ipsius vivificari-
mur? Sed hac energia vivificationis tu carnē Christi in Exam-
ine tuo blasphemō spoliasti. Scribis. n. pag. 148. contra D.
Chemnitiū: *Naturā humānā seu carnem à Christo (à filio Di-
voluit dicere) assūptā, vitæ in nos à Deitate λόγος transfun-
da duntaxat canale esse, NON aut̄ VLLA MILLIUS (vita)
vel ev̄ηγγ̄ιινιώ vel οὐρανός ΚΑΒΣΑΜ, cum vita aeterna succedit
& vigor sit propria solius Deitatis operatio siue effectū.* Verba
hæc clara & tua sunt Danæ, quibus omnē operationē via
carni Christi admis. Ex quo necessario consequitur, car-
nē Christi nec substātiā sua, nec spirituali efficacitate vitæ
(nullā. n. secundum te habet) in Cœna adesse. Huc tandem
redit impietas Caluinistarum, vt omnem præsentia carnis
Christi nobis suffurētur. Initio tantum substancialēm præ-
sentia corporis Christi nobis abstulerant: nunc etiam ener-
geticā nos priuant, & paulatim totum Christum ē Cœna
& Ecclesia sua propellēt. His sunt fructus ipsorum, ex quis-
bus, ceu ex vnguibus leonem, ipsos Pseudoprophetas &
lupos

Corpus Christi se-
cundum Caluinia-
norum doctrinam
nullo modo in S.
Cœna adest.

lupos rapaces esse agnoscimus, & iuxta ad trionitionem
 Christi ab illis nobis cauemus. Quod verò de præsentia fi-
 dei hic & altibi ludis, friuolū & inane cōmentum est. Hæc
 n. nulla præsentia corporis Christi in S. Coena, sed potius
 absentia est. Vult .n. Caluinus, vt cogitatione & energia
 fidei sursum in cœlum assurgamus, & ibi corpus Christi
 longissime à coena absens apprehendamus. Et tu Danæe
 aduersus D. Selneccerum pag. 200 scribis: Fidem nostram
 corpus Christi in cœlo querere, & re ipsa apprehendere.
 Ex quibus necesse est consequi, corpus Christi, quod non
 alibi quām in cœlo, nec aliter quām mente & fidei intelli-
 gentia in cœlo querendū est, nobis in coena non esse præ-
 sens, sed nos illi cogitatione mentis (tua opinione) præsen-
 tes fieri in cœlo, in quo secundum vos manet. Hæc igitur
 tua verba Danæe ad D. Selneccerū scripta: *Ingenue profice-*
mur, Christū ipsum nobis fide ad S. cœnam accendentibus esse etiam
ipso corpore suo, QVOD TAMEN IN COELIS MANET, PRÆSENTISS-
MVM. Fides .n. nostra illud etiam in cœlo & querit, & re ipsa ap-
prehendit, &c. Hæc dico non ingenui Doctoris, sed potius
 præstigatoris sunt, qui simulex eodem ore calidum & fris-
 gidū efflat. Eiusdē momenti sacramentalis quoq; tua præ-
 sentia est. Hæc .n. secundum tuorū doctrinā, non præsen-
 tia corporis Christi, sed corporis absentis significatio est. Ita
 .n. Oecolampadius aduersus confessionē Lutheri maiore
 scribit: Non inuiti equidē admittimus, quod panis hic nos
 in eius cōsiderationē inducat, quod ipso significatur, iuxta
 sacramentalē nimirū vnionē, quæ in significatione cōsistit.
 Et tu sacramentalē vnionem & præsentia energiā definis:
 quā nullā esse modo ostendi. Vides ergo, quō te mendacij
 Spiritus rapiat, vt etiā inscius corpus Christi ē Coena om-
 ni modo proscribas, nosq; precioso pignore salutis spolies.
 Hæc tibi merito anxietatē animi, si modo vel vnā, dūtaxat
 micam

Caluin in defens
fane doctrinae.

Toma. 2. Cingulij
502.

Antios. pag. 88.

micam conscientiae bonae haberet, incutere debebant, vel tandem, errore agnito, gloriam veritati dares.

Porrò dum Pauli verba in 1. Cor. 11. non dormitanus quod male suspicaris, lego, sed diligenter & accuratè pendo: animaduerto, illum prorsus nihil distinguere inter dignos & indignos, quo ad substantiæ Sacramenti perceptionem: & te manifestè crimen falli committere, dum Paulo assingis, illum velle, dignos duntaxat corpus Christi sumere, indignos autem tantum signa essentialis corporis & sanguinis Christi percipere: quia ubi Paulus de indignis loquatur, ipsum panis & poculi tantum mentio nem facere. Demonstrauit paulo antè, ne quidem dignos iuxta tuam doctrinam, ipsum corpus Christi in Cœna sumere, sed Symbolum duntaxat absentis carnis & sanguinis Christi. Nunc autem de indignis querò, quem panem, & quod poculum sumant? An non benedictum. De hoc vero Paulus in præcedente cap. 10. inquit: Poculum benedictionis, quod benedicimus, non' ne communicatio sanguinis Christi est: Et panis quē frangimus, non' ne communicatio corporis Christi est: Hunc panem & hoc poculum indigni sumunt. Et quia hic panis non nudus panis est, sed iuxta traditionem Pauli, non' ne corporis Christi: consequens est, indignos non tantum signa essentialis corporis & sanguinis Christi percipere, sed ipsum quoque corpus & sanguinem Domini: nisi benedicti panis & poculi, contra manifesta Pauli verba, duplice definitionem extra scripturam improbè fingere velis. Particulis vero I N, S V B, C V M, (quas absuditatis nomine vellicas) & veteres & nostri usi sunt, ut commentum Transubstantiationis excluderent, & veram substancialē præsentiam corporis Christi in Cœna assererent. Mihi autem satis fuit unica particula

VIM, vim vocabuli *κοινωνίας* exprimere, quod videlicet,
 cum pane & vino, corpus & sanguis Christi nobis com-
 municentur. Et tu ipse in hac significatione vocabulum
κοινωνίας usurpas, meamque sententiam inscius etiam con-
 firmas, in Examine tuo pag. 288. scribens, sacram Domini
 Cœnam esse *κοινωνίαν* corporis Christi, hoc est, actionem, in
 qua ipsum Christi verum ac essentiale corpus nobis cum
 fide ad Cœnam Domini accedentibus communicetur. Ve-
 bi tu veterotestimoniis pro voce PANIS, vocabulum COENAS
 reponis. Scriptura n. singulariter de pane inquit, quod sit
κοινωνία corporis Christi. Ergo iuxta tuam expositionem
 vocabuli *κοινωνίας*, in Cœnæ actione cum pane communica-
 tur nobis verum & substantiale corpus Christi. Nec Pau-
 lus inquit, duntaxat fide accedentibus communicari cor-
 pus & sanguinem Christi; sed absque conditione accipit
 entis, panem Cœnæ definit esse *κοινωνίαν* corporis Christi.
 Quare etiam te doctore & interprete, expositio vocabuli
κοινωνίας a me prolata, vera est. Hic vero tu cogis Augus-
 tini, falsum testimonium pro te contra Paulum dicere,
 ac si demonstrationem tantum gratiae, id est, signa duntas
 xat essentialis corporis & sanguinis Christi indignos acci-
 pere velit. Sed audiamus ipsum Augustinum, in loco à
 Danæo citato, se ab errore & crimen, cui Danæus obno-
 xiis est, liberantem. Sic autem scribit in Ioan. tractatu 62.
 Multum quippe interest, non quod accipiat, sed quis acci-
 piat, nec quale sit quod datur, sed qualis sit ipse cui datur.
 Nam & BONA OBSVNT, & mala prorsunt, sicut fuerint
 quibus dantur. Et paulo post: Recordamini, vnde sit scri-
 ptum: Quicunque manducaverit panem, aut biberit caliz
 eum Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Do-
 mini. Et de his erat sermo, cum hoc Apostolus diceret,

„**QVI DOMINI CORPVS** velut alium cibum quemlibet
 „indiscretè negligenterque sumebant. Hic ergo si corripio
 „tur, qui non dijudicat, id est, non discernit à ceteris cibis
DOMINICVM CORPVS, quomodo non damnatur, qui
 ad eius mensam, singens amicum, accedit inimicus? An ne
 in his vel syllaba est, qua tibi Augustinus patrocinetur? &
 non potius errorem tuum de mandatione indignorum
 penitus euertat? Non enim panem tantum, sed corpus Do-
 mini velut alium cibum indiscretè dicit sumere indignos.
 Sed inquis, Augustinum in sequentibus velle, indignos
 tantum demonstrationem gratiæ sumere, cui ipsi ingrat-
 sint. Augustini verba hæc sunt: *Quid erat autem panis*
Traditori datus, nisi demonstratio, cui gratiæ fuisset ingra-
tus? Intrauit autem Sathanas post hunc panem in Domini
 traditorem, &c. Hæc verba tu malitiosè deprauas, & ad
 panem **Coenæ** transfers, quasi is respectu indignorum
 demonstratio tantum gratiæ sit. Verum Augustinus se
 ipsum explicat, quod hæc de pane sacræ Coenæ minime
 intelligat, addens: *Non autem, ut putant quidam, negligenter*
legentes, tunc Iudas Christi corpus accepit: Intellige-
dum est enim, quod I AM omnibus eis DISTRIBVRAV
Dominus Sacramentum corporis & sanguinis sui, vbi &
ipse Iudas erat, sicut S. Lucas euidentissimè narrat. Ac
DE INDE AD HOC VENTVM EST, vbi secundum nar-
rationem Ioannis apertissimè Dominus per bucellam tine-
ctam atque porrectam, suum exprimit traditorem. Non
 minus impudens sequentis loci Augustini peruersio est,
 qui in lib. 3. de Bapt. contra Donatistas cap. 14. his verbis
 extat: *Intelligitur aliquid bonum non solum vitam posse*
operari bene vtentibus, sed etiam mortem male vtentis-
bus. Nec interest, cum de Sacramenti integritate & sancti-
tate

tate tractatur, quid credat, & quali fide imbutus sit ille, qui accipit Sacramentum. Interest quidem plurimum ad salutis viam, sed ad Sacramenti quæstionem nihil interest. **F**ERI ENIM POTEST, VT HOMO INTEGRUM HABEAT SACRAMENTVM ET PERVERSAM FIDEM. His verbis Augustinai oppugnari & euerti nos, insanit Pag. 20 &c. Danæus. Quid enim pro nostra sententia apertius & firmius dici potuisse: Sed videte amplius vesaniam hominis. Dicit Augustinum ver'e respondere Donatistis, et paup'lo post se idem cum Augustino dicere fatetur, ET TOTUM & tam sanctum, & tam INTEGRUM SACRAMENTUM à pio, quam ab IMPIO HOMINE ACCIPIT. Et statim subiungit: Sed de signorum tantum acceptance, & non de resonata loquitur Augustinus. An vero totum & integrum Sacramentum Cœnae signa tantum sunt? An non D. Apostolus integritatem Sacramenti definit *κοναντα* corporis et sanguinis Christi? An non Augustinus inquit, Sacramentum Cœnae duobus constare: visibili Elementorum specie, & invisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine? Quomodo ergo Augustinus de signorum tantum acceptance loquitur? Sed Gallo isti lusus tantum est, uno spiritu calidum & frigidum efflare. Estque insuper tanta ipsius audacia, ut Augustinum in Tract. 62. modo citato, erroris sui testem faciat: cum ibi ne uno quidem verbo ipsi astipuletur. Per rem Sacramenti Augustinus non raro intelligit salutarem virtutem & efficacitatem: & hanc ab intenditis sumi negat, non autem ipsam substantiam vel integritatem Sacramenti. Magna igitur vanitate concludis, Augustinum in dicto 14. cap. vobis prorsus assentiri, nobis autem contrarium esse.

Eiusdem peruersi ingenij documentum est, quod alia

Q 2

duo

duo dicta Augustini improbe vitiat. Vbi enim Augustinus contra Fulgentium cap. 6. scribit: Eum qui SANGVIS NEM DOMINI INDIGNE' BIBIT, iudicium sibi bibe re: Et Iudam proditorem bonum CORPVS CHRISTI percipisse. Item, in Epistola 162, Dominum siuisse Iudam inter innocentes discipulos ACCIPERE, quod norint fideles PRECIVM NOSTRVM. Hæc perspicua Augustini verba & Scripturæ prorsus consona, Danæus adulterat, & stolida petitione principij nugatur, Augustinū ipsum signum corporis Christi, bonum corpus & precium nostrum vos care, quia signa earum rerum, quas significant, nomina accipient. Verum tu nondum ex verbis Sacramenti Coenæ nobis fidem fecisti, Christum Metonymicè panem & viatum suum corpus & sanguinem in celo manentia appellare. Similiter cum Augustinus lib. 5. contra Donatistas cap. 8. inter cetera scribit: CORPVS DOMINI & SANGVIS DOMINI nihilominus ETIAM ERAT ILLIS, quibus dicebat Apostolus, qui manducat indign'e, iudicium sibi manducat & babit. Ad hunc locum Danæus, præter ridicula quædam, nihil respondet. Inquit, Augustinum ibi loqui de pane & vino sacræ Coenæ, quæ etiam ab indignis sumantur, & significant esse entale corpus & sanguinem Domini. An non hæc sublimis Theologia? Indignos etiam sumere panem & vitum Coenæ. An ne tempore Augustini de re etiam pueris nota controversia erat? Contra Donatistas & vos Calvinistas incredulos, qui corpus & sanguinem Domini ab indignis suminegatis, hoc tanquam mysterium quoddam, nec omnibus æque credibile Augustinus protulit: Corpus nimirum & sanguinem Domini etiam indignos percipere. Quis enim adeo excors est, ut ignoret aut neget, indignos etiam symbola externa sumes.

re? Ex hac nunc clarissimorum verborum Scripturæ & Patrum depravatione , quiuis iudicare potest de Spiritu Danæi, bonus ne an malus sit: & quam fidem Religio Calviniana mereatur, quæ non nisi calumnij, Scripturæ quoque & Antiquitatis dictorum peruersioribus, propugnari potest.

Caterum quod videri vult Danæus , se non tantum Pag. 121.
virtutis & efficaciam, sed etiam ipsius essentialis carnis Christi per fidem participationem in S. Coena asserere: non tantum inanis verborum Iusus, sed etiam turpis impostura est , quam omnis ipsius reliqua doctrina manifestè prodit & detegit. Dicit, præsentiam carnis Christi in Coena energeticam esse: ipsam vero communicationem carnis Christi corporalem. Supra autem ostendi, Calvinianorum doctrinam non tantum substantialem præsentiam corporis Christi, sed etiam energeticam ē Coena profligare. Sed cōcedamus illis energeticam. Qualis nunc præsentia carnis Christi in Coena est, talis quoq; communicatio eius , vt sit, necesse est: Et, quicquid in Coena præsens est, & fide sumētibus (secundum te loquar) datur: illud etiam, & non aliud participatur. Sed in Coena, iuxta illos, tantum energia corporis Christi præsens est, ipsum vero corpus substantiale in cœlo manet usq; ad diem iudicij. Quid ergo aliud consequens est , quām in Coena , non ipsum substantiale corpus, vel ipsam essentialē carnem Christi, sed tantum 122.
γενη ipsius participari? Exemplo Solis, cuius similitudine vos contra substantialem præsentiam utimini , res declarari potest. Huius præsentia in terris, quia non substantialis, sed tantum energetica est, idcirco etiam non ipsum corpus Solis, sed tantum virtutem & efficaciam illius partimus. Si vero ipsum corpus Christi, quod in cœlis ma-

net, ibidem reuera per fidem accipitur: quid opus est ipsius
 praesentia energetica in terris, cum fides & essentiam & ene-
 rgiam ipsius (iuxta vestram opinionem) in coelis appre-
 hendere possit? Sed agnoscit pius lector, has esse præstigia
 Calvinianorum, quibus nebulas offundere hominibus
 student, ut reddere videantur, quod sua doctrina sacrilegii
 abstulerunt. Quicquid igitur de ipsa essentialis carnis
 Christi in Coena participatione Danæus garrit, meras nu-
 gas & delusiones esse pius lector meminerit. Nam quod
 una manu largiri videtur, hoc ipsum est vestigio nobis al-
 tera eripit. Et quidem ipse Danæus suas fraudes aperit, scri-
 bens: Communicationem carnis Christi corporalem esse,
 non autem perceptionis modo. Dicas, sermonem hunc
 præstigiatoris esse, non Doctoris Ecclesiae. Si enim ipsa
 communicatio corporalis est: quomodo non etiam mo-
 dus perceptionis? Aut si modus perceptionis corporalis
 non est: quomodo ipsa communicatio non nisi veterato-
 rie corporalis dicetur, cum tantum energetica sit? Sed non
 audet palam fateri, quod res est, se modo iocatum esse dis-
 cendo, communicationem non tantum energeticam, sed
 etiam corporalem (i. substantialem) esse: quamuis hoc ip-
 sum sequentia verba, etiam inuito Danæo, testentur, cum
 scribit: se non statuere, carnem Christi corporalis sive sub-
 stantialis praesentiæ modo presentem esse. Ex quo nec es-
 sario sequitur, nec ipsam communicationem, sive prebitio-
 nem & acceptiōem corporis Christi in Coena substancialē,
 sed tantum energeticam esse. Si enim in Coena non
 ipsa substancia corporis, sed tantum energia eius adest (ce-
 ipso teste, pag. 119.) quomodo non nisi energia, nec ipsum
 corpus substancialē participabitur? Sed hoc agit Danæus,
 ut verbis dolosis lectorum animis imponat, quasi communi-

nicationem substantialem nobis restituat , quam semel fraudulenter rapuit,nec eam doctrinā sua sacrilega reddere potest. Quare nec iocor,nec hallucinor ,tribuendo tibi id,quod te sentire verba tua demonstrant. Nec etiam præsentiam & communicationem corporis Christi confundo; sed hanc præsupponere illam , & utramq; non tantum energeticam,sed etiam substantialem esse, verbis Scripturaræ & Patrum testimonij euinco.

Porrō me significationes vocabuli Sacramenti confundere,& æquiuocatione vocis ludere,fruolum comimentum & inane effugium est. Quis enim,cui vel mica salis est,non videt, posteriori significationi vocabuli Sacramenti (qua sacrae rei signum &c. definitur) utpote generalissimæ,& quæ etiam sacrificijs,signis & Typis V.T. conueniat,in hac de specie Sacramenti Coenæ contouersia locum nullum esse: Nam de differentia, perfectione & integritate Sacramenti Coenæ hic queritur : non quæ sit definitio Sacramenti in genere . Et quamvis Sacramentum Patribus nonunquam tantum signum significet: nunquam tamen integrum Sacramentum Coenæ ipsis duntaxat visibilia signa designat. Et D. Aug.apud Prospectum de Sacramento Coenæ in specie loquitur ,dicens : Ille lud duobus confici , duobus constare : visibili Elementorum specie, & invisiibili Domini N. I. C. carne & sanguine. Huius Sacramenti vna tantum integritas & perfectio substantialis est, non duæ. Nec panis & vinum sunt integrum Sacramentum Coenæ, sed eius tantum pars , & quidem minùs principalis. Sed quod addis, Non sequi , utrumq; hoc,nempè signum & rem signatum, ab omnibus signa sumentibus capi. Indignos enim ex hac Sacramenti significatione tantum diuidium Sacramentum, nempè signa percipere. Hoc quid aliud est

est, quād principium petere, nihil probare, & quæ contraria
prolata sunt, pag. Antidan. 54. & sequent: astu timido &
doloſo præterire: Christus vnum & idem substantia Sa-
cramentum dignis & indignis instituit: & omnibus, etiam
Iudee inquit: Accipe, comedē, hoc est corpus meum: quod
ipsum quoq; accepisse. Patres confirmant. Et Augustin-
um suprà loquentem audiūisti, fieri posse, ut homo inter-
grum Sacramentum, & tamen peruersam fidem habeat.
Nam integratam & substantiam Sacramenti, non fidei
fumentis, sed veritas instituentis constituit. Nec etiam ho-
minum incredulitas substantiam Sacramenti (quod bene
memineris) mutat, vel eius integratam mutilat. Ad sa-
lutis quidem viam, (inquit Augustinus) refert, qualifide
imbutus sit is, qui Sacramentum accipit, non autem ad Sa-
cramenti integratam vel sanctitatem. Et Paulus integri-
tatem Cœnæ non solo pane & poculo, sed κορανία & corpori
& sanguinis Christi definit, & hæc etiam indignos ac-
cipere, ex Paulo & ex Patribus confirmavi. Quæ igitur de
altera significatione Sacramenti scribis, quæ substantiam
& integratam Sacramenti Cœnæ non exprimit, fruolu-
sunt, & ad præsentem quæſtionem nihil faciunt. Arguis
deinde, me pag. 60. Antidanæ, Spirituale manducatio-
nem cum sacramentali perturbare, quia spirituale signo-
rum vsum habere dicam. Sed hic tu, antiquum tuum obici-
nens, improbum calumniatorem agis. Non enim de mea
r'e spirituali manducaſione, sed de ea, quæ in sacra Cœna
fit, loquor: hanc, præter signorum vsum, etiam ipsius cor-
poris et sanguinis Christi communicationem coniunctam
habere, secundum Scripturam dico. Sed quia non habet
tarum calumniatur. Eiusdem candoris scilicet, sequens re-
prehensio

Pag. 125. quod ver'e respondeat, & obiecta diluat, more sycophan-
tarum calumniatur. Eiusdem candoris scilicet, sequens re-
prehensio

Antidanæi.

III

prehensio est, quod sacram Domini Cœnam à communione reliquorum noui Testamenti Sacramentorum omnino secludam. Hic primum Danæus contra doctrinam præceptoris sui plura quam duo noui Testamenti Sacra menta fingit. Sed arrogans discipulus à præceptore Cal uino redarguitur, lib. 4. Instit. cap. 18. Sect. 19. scribente: Præter hæc duo (Baptismum & Cœnam Domini) ut N V L L V M A L I V D à Deo institutum est: ita N B C V L L V M agnoscere debet fidelium Ecclesiam. Et Sect. 20. His ergo duobus contenta sit Christiana Ecclesia, nec modo nullum aliud tertium ad præsens admittat aut agnoscat, sed ne appetat quidem aut expectet ad consummationem usq[ue] secu li. His vero duobus, quia Danæus contentus non est, non de Christiana, sed foris de Iudaica Ecclesia erit: præsertim cum ipsum corpus Christi extra Cœnam eliminet, & pro eo significationem absentis introducat. Postea nusquam scribo, solum Sacramentum Cœnæ rem signatam cum symbolis coniunctam habere. Sed hæc mea verba sunt pag. 60. Antidanæi: Solū Cœnæ Sacramentum, verbū hoc DE SVMPCTIONE corporis & sanguinis Christi cum symbolis externis habere. Et monstra tu aliud Sacramentum, si potes, quod verba promissionis huis: *Accipite, comedite, hoc est Corpus meum, habeat.* Ex his verbis, quid in specie sacra Domini Cœna sit, et quomodo à reliquis tam V. quam noui Testamenti Sacramentis differat, ostendo: ut mirer, te hominem Theologum ita sycophantice ludere, & verba manifesta mutilare & corrumpere ausum fuisse.

Errare me dicis, ut qui non videam, præbitionem quidem essentialis corporis & sanguinis Christi ex virtute promissionis fieri: acceptiōnem autem illius carnis virtute fidei. In his tū non tantum pueriliter hallucinaris, sed eti-

Pag. 123.

R am

am insignem veteratorem agis. Scribis enim, carnem Christi a Coena absentem esse pag. 225. & in coelis manere, pag. 200. Et tamen hic ipsum esse esse corpus Christi, non tantum energiam in Coena preberi, nugaris. Quomodo enim quod absens est, non nisi ratione energiae praebetur? Sol suo corpore absens, energiam suam in terris nobis exhibet. Deinde quomodo ex vi promissionis Christi illud dari affiras? cum verbum & promissio Christi: *Accipite comedite, hoc est corpus meum, tua opinione hunc sensum habebant: hoc est signum corporis mei, quod in celo manet.* Hoc enim modo verba Christi in Examine tuo pag. p. nult, interpretaris, Christum Metonymice panem & vicenum sacræ Coenæ suum corpus & sanguinem appellat, hoc est, signa nominibus rerum, quas significant (non autem præsentes, quod astutè omisiisti, exhibeant) donare. Ecce cum Paulus dicat, panem & poculum sacræ Coenæ esse οντωνια την corporis & sanguinis Christi: tu Apostolo manifeste reclamans, illa tantum signa essentialis carnis & sanguinis Christi, in coelis hærentium, facis. Quia igitur signa sacræ Coenæ non exhibent, sed dunt taxat significant corpus & sanguinem Christi a Coena longissimè absentia: quomodo tu ea virtute promissionis Christi in Coena preberi iocans, tibijsi contradicis, & lectori illudis? Nam secundum vestram doctrinam, nec præbitio, nec acceptio ipsius essentialis corporis Christi in Coena fit, sed tantum energiae. Tertio, absque omni Scripturæ testimonio & autoritate, acceptiōnem integrī Sacramenti Coenæ ex parte summi constituis. Qui error ex fœtido cœno doministarum desumptus est, contra quos Augustinus scribit, quod integrum Sacramentum etiam iij accipient, qui peruersam fidem habeant. Et quid magis à veritate absolu-

nus, quæ in incredulitatem hominum fidem & veritatem verborum Christi (Accipite, comedite, hoc est corpus meum) irritam & mendacem facere? & substantiam sacræ Cœnæ mutare? Virtus quidem fidei hoc præstat, ut substantia & integritas S. Cœnæ nobis salutaris sit: ipsam vero præbitionem & acceptationem substantiæ Sacramenti, promissio & veritas instituentis efficit.

Insuper, cum hic Gallus magnam scientiam sibi arroget, nosque Germanos velut stupidos contemnat: hic tandem non tantum magnam inscitiam, sed etiam singularem impietatem prodit. Inquit enim, fidem non tantum ex necessitate consequentia, sed etiam consequentis, hoc est, absoluta (de qua, & hypotheseos necessitate, mihi tantum sermo fuit) requiri ad veram essentialis carnis Christi participationem. Sed quomodo hoc Danæe? cum ne ipsa quidem Coena & participatio corporis Christi absoluta necessitate (qua proprie loquendo duntaxat æternorum & immutabilium est) necessaria sit. Si enim homo non peccasset: nec passione Christi, nec Coena Domini, nec fidei in meritum & passionem Christi nobis opus fuisset: & hæc omnia ex hypothesi tantum, hoc est, quia peccatores pristinæ integrati restituendi sumus, necessaria sunt. An nescis, absolute necessaria esse, quæ se ipsis & non propter aliud necessaria sunt? Fides vero, non seipsa, sed propter impius es in Deum creatorum tuū, negando ipsum solum absolute necessarium esse. Hanc gloriam soli Deo deberi, etiā gentiles Philosophi iudicio rationis cognoscere potuerunt. Quia, n. SOLVS, tion potest non esse, & reliqua omnia extra Deum etiam non esse potuerunt, idcirco ipsi SOLI hæc gloria manet, quod simpliciter & absolute necessarius

R 2 sit,

Antidan. p. 62.

fit, reliqua vero omnia, quae per ipsum & propter ipsum sunt, ex hypothesi duntaxat necessaria, sicut verò natura contingentia sint. Hæc iste Philosophus non videt, nec sic veris rationibus eruditus patitur: sed absque ratione ita� denter errores suos repetit, & subinde principium perit. Præterea quid potest ab homine literato ineptius dici, quam absoluta necessitate iam necessarium esse, ut homines peccant, moriantur, edant, bibant. Hæc pueri nostri, qui modo Elementa Theologiae & Philosophiae degustarunt, ex hypothesi tantum necessaria esse nouerunt, (nisi forte absolutè necessarium sit, ut tu erres, nugaris, mentiaris, casuum nigeris, cum singulæ pagellæ tuæ his floribus consperasce sint.) Quia enim peccato originis corrupti sumus, exposito hoc, necessario peccamus, & posset Deus hominem perfectè regenerare, ut omnino non peccaret. Sed quia peccamus, (ex hac hypothesi, & non absoluta necessitate) etiam morimur. Deinde etiam non absoluta necessitate homo edit & babit: sed quia animale corpus habet, cibi & potus nutritionis causa egens. In altera autem vita his passionibus animalibus homo subiectus non erit, quia non amplius animale, sed spirituale corpus habebit. Et Deus si vellet, posset hominem sine cibo & potu corporali sustentare, quemadmodum Mosen & Eliam per dies 40. sine his conseruauit. Quæ autem absolute necessaria sunt, hæc est affirmare, hominem absoluta necessitate edere & bibere. Ex hypothesi autem in hac vita animali & mortali necessarium id esse, non planè stupidi vident: & hæc conditione hominis in altera vita mutabitur. Vides, si modo per fasum videre quid potes, me hæc scribendo non plane (quod opinaris) ineptū esse, & te acutum Philosophum me docere.

docere, quod prius nesciuisti. Thomam inspexi: sed nihil eorum, quæ ipsum habere fingis, inueni. In sequentibus à pag. 63. usque ad pag. 70. ex Paulo & Patrum testimonijs luculenter demonstrauit, indignos non tantum externa symbola, sed etiā ipsum corpus & sanguinem Christi in Coena accipere, quæ Danaeus nullo modo conuellere potuit: sed fingit, has paginas unum habere Chrysostomi testimonium, ad quod ipsum quia nihil respondere potuit, illud depravat, & veteres suas nærias repetit, Chrysostomum signa externa vocare corpus & sanguinem Christi. Cum vero Chrysostomus in 1. ad Cor. hom. 24. scribit.
Quod si hominis vestem nemo temerè attingeret, quo pacto OMNIVM DOMINI CORPVS purum & immaculatum, QVOD DIVINÆ ILLIVS NATVRÆ PARTICEPS EST, propter quod & sumus & viuimus,
propter quod portæ inferni fractæ sunt & cœlorum apertæ, tanta cum ignominia accipiemus? Quis sanæ mentis hæc de pane S. Cœnæ, & non potius de ipso substantiali corpore Christi dici putabit? Nugæ igitur sunt, quòd Danaeus toties insultat: Patres, (nec nō Christum) signa corporis & sanguinis metonymicè vocare corpus & sanguinem Christi. Quòd autem Patres nonnunquam dicunt, corpus Christi videri, tangi, dentibus atteri: hæc ipsi non per se, sed propter unionem Sacramentalem cum pane (qui proprie vis detur, tangitur, comeditur) tribuunt. Quemadmodum etiam Baptista inquit, se vidisse Spiritum descendenteum, cum solam columbae speciem viderit: & tamen recte de Spiritu sancto illud dixit, quia columbae visibili adfuit, qui sua natura inuisibilis est. Posthæc manifeste calumniaris, nos carnem Christi in rerum ἀδιαφόρῳ numero constitueremus, ut quæ per se non magis viuifica sit, quam mortificat.

ra pro sumentium ingenio. Nos autem carnem Christi per se vivificam dicimus: per accidens vero propter sumentis vitium in iudicium cedere. Et hoc non tantum Chrysostomus confirmat, sed etiam similitudine verissima illustrat in hom. de proditione Iudei: cuius verba in depulsione blasphemiarum non procul a principio posuit. Et in hom. 61. ad Antiochenos, idem simile repetit: Sicut cibus cum sit nutritius, si a crudo sumatur, omnia corrumperit, & sit morbi causa: ita scilicet & tremenda mysteria. Et Christus, qui in mundum venit, non ut condemnetur, sed ut seruetur mundus per eum, hic Matth. 21. inquit: Qui ceciderit super lapidem illum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. Et sicut Pater Filio dedit habere vitam, ut quos vult vivificet: ita quoque potestatem ei dedit iudicandi impios. Hae ne tu ex Scriptura & Patribus deprompta, blasphemiam dices? Attuli præterea testimonia ex Theodoreto, Cyrillo, Chrysostomo, & Hilario, quæ luce meridiana clariora sunt, & nostram sententiam de substanciali præsentia & perceptione corporis Christi in Coena apertissime confirmant. Hæc homo excæcatus, vel mir'e audax, dicit nihil ad Rhombum facere, & nostram sententiam prorsus euertere. Hoccine ad clarissimata testimonia respondere est: simpliciter enunciare, quod probare non possis. Sed quod ipse perperam sentit, hoc Patribus per summam iniuriam tribuit, carnem videlicet Christi per fidem tantum, & sub Sacramento, id est, significacione participari. Et quod impudentius est, huius erroris sui me testem facit. Non minus hallucinatur scribens: Fidem, rem, id est, carnem Christi absentem esse docere, si modo Paulo, fidem & aspectum inter se opponenti, credamus. Nusquam autem Paulus dicit, fidem semper esse re-

rum absentium. Multæ quidem promissiones de rebus futuris sunt, quas etiam absentes credimus & speramus: v. g. resurrectionem mortuorum & vitam æternam: fit desiderium etiam rerum præsentium est, quæ aspectum nostrum effugunt: vt, credimus Deum nobis semper adesse, quamvis a nobis non videatur. Eodem modo credimus, corpus & sanguinem Christi in Coena præsentia esse, licet non appareant. Nec fides rem, id est, carnem Christi absentem esse docet, quia fides insistit verbo Dei: hoc autem docet, corpus & sanguinem Christi in Coena adesse. Inquit enim: Accipite, comedite, hoc est corpus meum: nec monstrat nobis corpus Christi in cœlo a nobis longissime absens: sed promittit, nos in Coena cum pane & vino corpus & sanguinem Domini sumere. Hoc verbum fidei de rebus præsentibus prædicamus, nec aliud extat, quod nos a Coena procul in cœlum ableget, vt ibi corpus Christi fide apprehendamus.

Dehinc, quid manifestius, quam Patres de præsentia & communicatione corporis Christi substantiali ita apertere nonnunquam loqui, vt etiam substantiam Elementorum tollere videantur: vt qui istud neget, non tantum non intelligere, sed etiam non legisse Patres videri possit. Hinc enim Pontificij occasionem sumpserunt Transubstantiationem comminiscendi, quia veteres panem & vinum in Eucharistia mutari, conuerti, & transire in substantiam corporis & sanguinis Christi dixerunt. Ambrosius lib. 4. de Sacramentis inquit: Per consecrationem de pane & ex pane fieri corpus Christi. Et multa cap. 4. differit de mutatione panis. Et cap. 5. dicit, post consecrationem nihil aliud, quam carnem & sanguinem Christi credendum esse. Damascenus affirmit, panem & vinum transmutari in corpus

Damasc. lib. 4. corpus & sanguinem Dei. Ad ea quæ pagina 73. & 14
cap. 14.

Antidan: habentur, quia respondere timuit, fingeat, ea in responsione ad Laonicum soluta esse. An verum dicat, videt deant & iudicent lectores: ego nihil solutionis videre possum. Quia vero manifestas Scripturæ rationes de omnipotentiâ Dei eludit, suosq; errores obstinate propugnat, ostendit, se hominem esse mente corruptum, & circa fidem rectitudinum, qui oculis non videat, nec corde intelligat. Singularis autem peruersitatis documentum dedit, in loco Cyrilli clarissimo (qui extat in lib. 12. in Ioan. cap. 32. de Christo impartibiliter atq; integr'e in omnibus existente) deprauando, contorquendo, & se ipsum hic ita implicando, ut sibi & alijs illudens, quid effutiat, fortassis etiam ipse non intelligat. Dicit se concedere, corpus CHRISTI IN S. COENA ADE SSE CORPORALI PRÆSENTIA, si de re ipsa, quam in S. Coena participamus, queratur. Istud vero ipsum veteratori'e mentiri, paulo ante ostendi. Nam siue de re ipsa, siue de modo præsentia, queratur, corpus Christi, iuxta Calvinistarum doctrinam, nullo modo IN S. COENA corporali præsentia, sed TANTVM IN COELIS & res ipsa, & hoc modo præsentiae adest. Si vero Cyrillo teste, & te hic fatente, præsentia carnis Christi IN COENA CORPORALIS est: quomodo non ipsum quoq; substantiale corpus Christi in Coena præsens erit, non tantum energetica, sed etiâ corporali & substanciali præsentia: præsertim cum vox CORPORALIS, iuxta vestram doctrinam, modum præsentiae determinet, & Cyril. lib. 10. in. Ioan. cap. 13. manifeste distinguat inter corporalem & spiritualem præsentiam: & velit nos non tantum fide Christo spiritualiter cōfungi, sed etiam communicatione carnis Christi in Coena, Christum

Antios. Pag. 109.
& ad Fra. Tub.

Pag. 125.

Christum CORPORALITER IN NOBIS HABITARE. Verum Danæo hic aliquid ad tempus concedere libuit, ut Cyrillum (reclamantem licet, vim sibi fieri) in partes suas pertraxisse videatur.

Postremo, substantialem præsentiam corporis Christi Pag. 118.
in Cœna, modum & situm localem requirere, contendit.
Sed hoc leuiculum, ne dicam ridiculum est, à corpore naturali ad corpus Christi, quod non tantum spirituali conditione, sed etiam diuina Maiestate (ut supra demonstravimus) prædictum est, argumentari. Quem enim situm, quem locum corpus Christi tum habuit, cum lapidem sepulchram & cœnaculum clausum penetraret? Nam etiam Antiquitatis consensu, hæc illæsa & immota permanserunt. Deinde, cum dextera Dei, etiam te ipso teste, pag. 19, locus non sit, & Christus supra omnem conditionem naturæ & loci ad dexteram Dei exaltatus sit; quem igitur situm localis in dextera Dei, ubi locus non est, habebit. Demum, cum corpus Christi proprium Dei corpus sit, cui λόγος virtutem viuificandi, & alias diuinæ prærogatiwas, quæ longe naturam ipsius superant, & reliquis omnibus corporibus negantur, contulerit: quomodo non etiam efficer posset, ut supra naturam sine situ locali alicubi esset, præsertim cum in loco, & situm esse, non sint de substantia corporis humani? Sed hæc tantum ijs absurdâ videntur, qui solam naturam corporis, non eum, cuius corpus est, & quam Maiestate donauerit illud, considerant. Et quia ratione sua comprehendere nequeunt, quomodo verum corpus Christi, salua permanente ipsius substantia, in Cœna adesse possit: præsentiam ipsius potius negare, quam gloriam omnipotentiae veritati diuinæ dare constituerint. Nos autem cum Augustino Christi dicta & facta, quæ supra naturam

corporis leguntur, ad omnipotentiam Dei, non ad nostraphantasm referamus, & Deum authorem cogitantes, omnem dubitationem tollemus. Ille enim hæc facit, cui nihil impossibile est, & cui etiam locus recedere debet: & qui iuxta Cyrillum lib. 12. in Ioan. cap. 53. Naturæ rerum non subiacet, sed omnia subiçere sibi, & ultra quām nos intelligimus, cumulate facere potest. Hæc quia verissima sunt, omnis Sensus & Ratio cedant, ne ad angustum suū modulum amplitudinem diuinorum mysteriorum metiri volentes, veritate illorum nos priuent, & in certissimum salutis periculum coniçiant.

Quæ sequuntur in Antidan. à pag. 75. usq; ad pag. 82. vanitatum Danæi ἀπόδειξη habent, quam quia veram esse agnouit, silentio eam præterit. Synodum Torgensem (quæ anno 74. habita fuit) non nullas ob[je]ctivas à nostris reprehensam, non autem simpliciter in omnibus capitib. doctrinæ damnatam fuisse, scribo. Hæc, quām veris rationibus à Beza tuo confutata sit, videant ī, qui eam celebrarūt. Deniq; an tu mea veris rationibus refutaueris, & utrum nostrū in suis probandis firmioribus argumentis viuis sit, quis etiam nugas & nærias conspuendas potius quam confutandas scripserit, eruditii lectores iudicabunt.

Dixi hucusq; de condemnatione Caluini smi: de vera quoq; & genuina sententia verborum S. Coenæ: nec non de Maiestate Christi hominis: quæ quia confutationem omnium propè eorum, quæ in secunda parte Danæus attulit, habent: nunc temporis prætermittere hanc volui, præsertim cùm meæ rationes in secunda parte Antidanæi alatæ, inuictæ maneant, & Danæus in sua responsione, præter veteres φλωρίας, nihil afferre, nec mea expugnare posse terit. Agnoscent autem æqui lectores, iustissimam mihi causam

causam fuisse, aliquanto vehementius Danæum confutandi, cùm non tantum vim veritati & iniuriam Maiestati Christi hominis fecerit, sed etiam singulae pagellæ, non raro singulæ vnius periodi voces mendacia & calumnias so-
nent: quæ indicio minimè fallaci esse possunt, quo Spiritu Danæus ducatur. Veritatis autem amantes rogo, vt hunc meum laborem æqui bonisq; consulant. Te vero Danæe, per tuam salutem obtestor, vt quia tibi veritas monstrata & ob oculos posita est, vel tandem ipsi locum dare, nec vltra de Maiestate Christi hominis detrahere ves-
lis, ne aliquando contra stimulum te cal
citraffe, tuo maximo malo
experiaris.

*Deo & Agno benedictio & honor & gloria & robur
in secula seculorum.*

ERRATA.

Prior num. pagin. poster. lineam notat.

Pag. 1. lin. 11. pro, sed, lege quam. p. 8. lin. penult. & πλήσω. 15. 3. concor-
porentur. 46. lin. vlt. à nobis. 49. 7. pro qui, lege quod. 56. 1. vobis. 61. 21.
ergo. lin. 29. poterunt. 63. 14. confingant. 71. 3. acceptatuos. 72. 13. cons-
dolemus ipsis. 73. 25. hoc. 74. 3. obijcis: ipsum. 76. 6. pro qui, quod. 79. 1.
Talp. 84. 15. calum. colorandam 88. lin. vlt. iunctum. 91. 1. naturæ. 97. 27.
apostatis. 100. 3. nihil te. 101. 19. pro concep. conscripta. 103. 1. pro &. de.
106. 10. quarundam. Q. 1. lin. 25. pro quod, quid. R. lin. 9. Ecclesia. R. fac. b.
lin. 4. leg. 125. R. 2. fac. 2. lin. 11. nugeris.

860755